







946.0" / 10"
L17
344184
Cop. 265340





THEATRVM
REGIVM

SIVE
REGVM HISPANIÆ
SERIES

ET
COMPENDIOSA NARRATIO.

VARIAS ILLIVS REGNI HISTORIAS COMPLECTENS.

AVCTORE,

I. B. LAMBERTINO Domino de Cruz-houen,
Prætoris Halensii, Belga.



BRVXELLÆ,
Apud Ioannem Meerbecium. M. DC. XXVIII.

Permissis Regio.

*fidele et Heureux
francs Howard.*



THEATRVM
REGVM
SERIES

COMPENDIOSA
SARIS IENIS REGNI HISTORIA COMPLETENS
AVCTOR
F. S. FAMILIARIS DOMINI DEUSDEBANI
Prætor Hæreticæ



ILLVSTRISSIMO
ET
REVERENDISSIMO DOMINO

D. ALPHONSO
DE LA CUEVA

S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

MIRABERIS fortasse Ill.^{me} & R.^{me}
Præsul, cur ego post tot præclaros
Hispanicæ historiæ Scriptores
in THEATRVM hoc REGES gen-
tis illius producam: at si propositi mei
rationem cognoueris, non solum mirari
desines, sed, uti confido, etiam probabis.
Etenim multi quidem magna de Hispani-
cis rebus volumina conscripserunt, at illi
aliarum gentium Reges & Principes, vel
Illustrium virorum facta ijs inseruerunt:
ego Hispaniæ Reges tum veteres, tum
recentiores sanguine Gothicos, postre-
mò etiam omnium maximos Cæsareo
stemmate Austriacos compendiosa serie
edere decreui, atque ita eos in theatralli
* 2. orche-



EPISTOLA

orchestra sedentes ob oculos ponere, ut nemo exterorum Principum huic regio ordini permisceretur. Secutus hac in re Cornelij Scipionis Africani, & Sempronij Longi Coss. exemplum, qui in publicis ludis, & cuneatis spectaculis Patres ab Equitibus secreuerunt, cum antea permixti Senatoribus Equites considerent. Sed non paucos fore scio, qui hoc scribendi genus non satis dignum Regibus iudicent, aliorumque scripta sufficere dicant, quibus illi subsequenti æuo innotescant. Verum cum mihi satis perspectum sit plurimis Reipub. cura occupatis, non tantum otij esse, ut magna illa Scriptorum volumina euoluant, existimaui operæ præteritum fore, si breuiter Reges Hispaniæ describerem, ut ij, quibus longioris historiæ legendæ tempus deest, ad manum habeant opus breue, ex quo de Hispaniæ Regibus differere possint. Et ne quis breuitatis nimie arguat, nouerit exiguos etiam Xenophontis in laudando Agesilao, & Herodoti præstantibus Miltiadis, Themistoclis, & Aristidis facinoribus

DEDICATORIA.

ribus recensendis libellos sua laude non caruisse. Quod ego quidem de isto meo tantillo foetu sperare non ausim: nisi quod ipse se a materia commendet. Adde nihil esse quod timeat, qui sub nominis tui favore, quasi numero satellitio circumseptus, in publicum prædit. Neque verò in isto mihi eligendo patrocinio videor aberrasse, cui enim potius Regum res offeram, quam tibi, qui Regium in Belgio obtines locum? Circumspexi, fateor, aliquando inuictissimum Hispaniarum Monarcham tot Regum regnorumque hæredem: verum iam iamque ausurum duo repressere, & ingenitus pudor & splendor iste fere plus quam humanus. Succedebat animo Serenissima Isabella, at terrebat & ista tot Regibus & Imperatoribus agnata maiestas, adire fas erit, ubi per te strauero viam. Accipe ergo Ill.^{mo} & R.^{mo} Domine munus hoc meum, quantumvis exiguum, eo oblatum animo, quo in te fui; cum primum per literas illas commendatitias ab Ill.^{mo} & R.^{mo} Card. Vbaldino ad te scriptas te nouisse coepi. Quæ dum me in domum

* 3 & col-



EPISTOLA DEDICAT.

& colloquium tuum adduxissent; tantum illa tua ibidem humanitas enituit, meque sibi deuinxit, ut neminem inueniri posse existimarem, qui tam beneuolum erga se animum tuum expertus, quantumuis odisse conaretur, posset tamen à te amando desistere. Quocirca hunc libellum inter tua ineq̃ue inter tuos adscribito. Hoc uouet & optat

Ill.^m D. T. deuotissimus cliens

I. B. LAMBERTINVS.

LECTO.

LECTORI S.



ISPANIÆ Reges in scenam emittere, candide Lector, gloriosum simul & periculosum putauit: gloriosum quidem, quod eorum res gesta omni gloria plena, rerum magnarum copiam subministrant: periculosum tamē, quod styli mei tenuitatem arduis rebus describendis imparem uideam: quis enim horum religionem habetenus intactam? quis equissimas leges, quis iusta bella, denique quis uictorias diuinitus datas recenseat? Tamen quia res hac historia tractanda unumquemque per se satis allicere posse uidebantur, etiam rudi stylo eas aggredi animus fuit. Si enim quae iucunda sunt, hominem oblectent; quid pulchrius, quid delectabilius, quam ijs animum pascere, quae à vulgo penitus sunt remota: ijsq̃ mentem occupare, quae ad magnanimos Heroes solum spectant? cum id non sit aliud agere, quam gustare ea, quae in hac immortalitatis expectatione nescio quid diuinitatis habent. Hac occupatione euitamus id, quod Romanus Orator nonnullis obijcere uidetur, cum ait: Nescire ea, quae ante + Cicero. vitam nostram acciderunt, semper est puerum esse. Recte quidem: cognitio enim praeteritorum, non solum hominem commendat, uerum longè inter alios facit eminere. Quod non solum argumentis, * 4 sed



AD LECTOREM,

sed & quamplurimis probare possem exemplis, qua
quemuis excitent, & stimulum addant ad magno-
rum Regum facta & virtutes imitandas. Quam-
uis enim omnibus esse Reges aut Principes à natu-
ra non sit datum, eos tamen scientia, magnarum
rerum cupiditate, & gloria studio aequare nemini ab
eadem est denegatum. Felicius mea quidem senten-
tia est Regibus subijci, quam imperare, modo animo
nostro insit cupiditas quadam gloria moderata:
gestare enim in pectore regium animum gloriosus
nobis est, quam regibus regno potiri, si & regia
magnanimitate alijsque regijs virtutum ornamen-
tis careant. Quamquam postremum hoc raro con-
tingat: solet enim DEVS Reges & summos Prin-
cipes non solum vultus maiestate, sed & sapientia
praeceteris donare. Nec tamen Regum felicitatem
eam esse voluit, ut beata omnino sit, aut talis ab ijs
habeatur, qui fastigium regium nunquam ascende-
runt. Tot enim curis anxietatibusque illaregnandi
+ dulcedo miscetur, ut non minus fellis quam mellis
habeat: & acrius spina pungant, quam leniant rosa.
Testis ille Rex, qui traditum sibi diadema, prius-
quam capiti imponeret, retentum diu considerans di-
xisse fertur: o nobilem magis quam felicem pannum!
quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollici-
tudinibus & periculis & miserijs sit refertus, ne hu-
mi quidem iacentem tollere vellet. Item et illud Aga-
memnonis, & post illum Graeci Ducis Nicia dictum:
Fastus

AD LECTOREM.

Fastus quidem specie reliquis praecellimus.
Verum ministri multitudinis sumus.

Fastus inquit specie non fastu. Humana enim cuncta
fumus, umbra, vanitas. Voluit tamen omnium mo-
derator DEVS Reges & Principes, ut sacra litera
testantur, eximia praeceteris obseruantia coli: persona
enim sacra sunt, quibus DEVS tanquam ministris
ad mundi gubernationem utitur, quosque vult esse
legum suarum latores. Habe igitur Lector, hoc His-
panicum Theatrum, in quo magnorum magna re-
gionis Regum caelitus datorum seriem breuiter de-
monstrare conabor. In quo facile aduertes, quam sit
+ necessarium, ut mundus reges habeat. Constat enim,
quantis calamitatum procellis Hispania agitata fue-
rit, dum Regibus eius extinctis, pro illa Carthaginen-
ses & Romani bella gesserunt, qui eam per aliquot
saecula suo destitutam rectore miserandum in modum
multo sanguine cruentarunt. Cuius rei alias inter vr-
bes Carthaginensis Numantia, & Romana Sagun-
tus testes sunt. Tandem miserator DEVS huic orbis
plaga alios Reges è nobilissimo Gothorum sanguine
dedit: qui per multa saecula aequissimis legibus in aui-
ta religione Hispania populum continuerunt, miroque
in fidem semper zelo exarserunt. Quamobrem nemo
inficias ibit, quin DEVS illas alio sub sole iacentes
terras, quas Assyrijs, Persis, Graecis & Gentium or-
bisque victori populo negavit, per tot saecula incognitas
* 5 quis



AD LECTOREM.

huic potissimum regno servatas quasi in premium
+ concesserit. Luce id meridiana clarius est: quis enim
, hominum tam solers, qui suapte sponte, nullo impet-
, lente Numine, orbis incogniti visendi tanta cupidine
, duci potuisset? quis tam demens tamque insanus,
, qui vasti Oceani in infinitum patentis penetrare re-
, serare, & natura claustra perrumpere ingenti ausu
, primus tentasset, nisi DEVS prateritos Regum &
, gentium pro fide Christiana susceptos labores, hac
, noui orbis adiectione remunerare destinasset? Id ex
, eo partim patet: quod noua illi & haecenus inaudita
, in Occidentem expeditioni initium datum sit, cum
, finis Batico decennali bello impositus fuit, quod con-
, tra Mauros Ferdinandus & Isabella Catholici His-
, pania Reges felici successu, & optato exitu gesserunt.
, Ad hac sacrorum conatum praemij premium addi-
, dit DEVS, quando Hispanos dignos effecit, ut ijs
, Casareum Austriacorum stemma imperaret. Quo
, autem modo hoc euenerit, rerumque in Hispania
, cum sanioris orbis Imperio magni Austriaca sobolis
, Principes potiti sunt; Lector ex sequentibus videre
, poteris, ubi indicabis hoc non sine singulari DEI
, nutu & providentia euenire. Quod uti tibi iucun-
, dum accidat, scriptori optandum, & à Lectoris
, benignitate in tanta materia varietate expectandum;
, meo igitur studio tuo bono utere, frueri.

Prima

AD LECTOREM.

Prima pars

Sltum & naturam atque antiquissimos ante ad-
uentum CHRISTI Reges, seu Duces, seu ut
quidam volunt, Principes cultores exponit; item
interregnum ad tempora Gothorum.

Prætea Gothos ad aduentum Maurorum.

Tertio: Legionis & Castella à Pelagio ad præ-
sentem ætatem cum catalogo & indice.

Parte altera

Reliqua Hispania regna, qua Christianos Reges
habuerunt, cum eorundem Regum serie breui-
ter describuntur, quorum catalogum & indi-
cem ad unamquamque partem adiecimus.

Aduertat Lector, quod in vita Philippi 2. ali-
quantulum digressi videmur fuisse, non desunt ibi-
dem rationes.

CATA



CATALOGVS VETERVM
Regum, qui in Hispania ante aduentum
Christi regnarunt, quamquam non de-
sint, qui meras esse fabellas, quæ de his
Regibus circumferuntur, asserunt.

Anni mundi.

1799 Tubal.
1954 Iberus.
1991 Iubalda.
2055 Brygus.
2106 Tagus.
2137 Bætus.
2169 Deabus.
2204 Geryones.
2247 Hispalus.
2264 Hispanus.
2296 Hercules.
2315 Hesperus.
2326 Atlas.

Anni mundi.

2338 Sycorus.
2383 Sicanus.
2414 Siceleus.
2458 Lufus.
2488 Vlus.
2598 Testa.
2602 Romus.
2636 Palatuus.
2653 Cacus.
2695 Erythrus.
2763 Gargoris.
2840 Habidus.

**Catalogus Regum Gothorum, qui in His-
pania regnarunt post natum Christum
vsque ad aduentum Maurorum.**

Anni CHRISTI.

411 Ataulphus.
417 Sigericus.

Anni CHRISTI.

418 Wallia.
441 Theodoredus.

CATALOGVS.

454 Turismundus.
457 Theodoricus.
469 Enricus.
486 Alaricus.
506 Gesalaricus.
510 Amalaricus.
531 Thendus.
548 Theodiscus.
549 Aquila.
552 Athanagildus.
567 Luiba.
572 Leouigildus.
586 Recaredus.
601 Luiba 2.
603 Victoricus.

610 Gundemirus.
612 Sisebertus.
620 Recaredus 2.
621 Suinthilla.
631 Sisenandus.
635 Suinthilla 2.
639 Tulcas.
641 Cindasiunthus.
651 Reccesunthus.
669 Bamba.
680 Ervigius.
687 Egica.
701 Vitissa.
711 Rodericus.

*Sub hoc Roderico Hispania ab
impuris Mauris fuit occupata.*

**Catalogus Regum Legionis & Castellæ
ab Infante, siue Rege Pelagio ad Chri-
stianis. Regis Philippi Dñi nostri
Imperium vsque deductus.**

Anni CHRISTI.

717 Pelagius.
736 Fasilla.
738 Alfonsus Catho.
757 Froila.

Anni CHRISTI.

768 Aurelius.
774 Sillo.
783 Mauregatus.
788 Veremundus.



CATALOGVS.

Anni CHRISTI.

791 Alfonsus castus.
823 Ramirus.
831 Ordonius.
841 Alfonsus 3.
887 Garfias.
890 Ordonius 2.
898 Froila 2.
899 Alfonsus 4.
905 Ramirus 2.
924 Ordonius 3.
929 Sanctius.
941 Ramirus 3.
962 Veremundus 2.
979 Alfonsus 5.
1005 Veremundus 3.
1015 Ferdinandus.
1055 Sanctius 2.
1061 Alfonsus 6.
1104 Alfonsus 7.
1126 Alfonsus 8.
1157 Sanctius 3.

Anni CHRISTI.

1159 Alfonsus 9.
1214 Henricus.
1216 Ferdinandus 2.
1252 Alfonsus 10.
1284 Sanctius 4.
1295 Ferdinandus 3.
1310 Alfonsus 11.
1350 Petrus.
1369 Henricus 2.
1379 Ioannes.
1390 Henricus 3.
1407 Ioannes 2.
1454 Henricus 4.
1474 Ferdinandus Catho.
1504 Philippus.
1516 Carolus.
1556 Philippus 2.
1598 Philippus 3.
1621 Philippus 4. qui ho.
die feliciter re-
gnat.

Catalogi Regum Hispania finis.

CEN-

CENSURA.

Quod in globis suis agunt Geographi, hoc in Theatro suo hoc Regio nobilis ac Clariss. Ioannes Baptista Lambertinus, illi exiguo loco magna terrarum spatia exhibent, hic quoque in hoc suo opere amplissima Hispaniarum regna maximosque Reges complectitur, stylo suo illustrat, & illustratur ab illis. Vtiliter itaque praelo committetur. Ita censeo hac 22. Febr. 1628. Bruxellis.

HENRICVS CALENVS
S. Theol. Licent. Archipresbyter
Bruxellis, Librorum censor.

THEA-



THEATRUM REGIVM

SIVE

REGVM HISPANIÆ

SERIES

ET

*Compendiosa narratio varias illius Regnū
Historias complectens.*

PARS PRIMA.

HISPANIA prima Europæi Orbis in Occiduo pars, viris animisque nobilis, cuius formam extenso corio similem alij formant, alij quadratam depingunt: inter Africam & Galliam posita, vndique mari alluitur, nisi qua parte Pyrenæis montibus a Gallia diuiditur. Hanc primū Iberiam, siue ab amne, siue a Rege dictam volunt: Hesperiam quoque vltimam ab Hespero stella, vel ab Hespero Atlantis fratre, vel ab Hesperia eiusdem filia: Item & Celtiberiam a Celtis nuncuparunt. Postremò Hispania dicta, quod nomen in hunc vsque diem retinet, siue $\Sigma\pi\delta\upsilon\alpha$ pro Hispania, ab Hispali
A vrbe



2 **T H E A T R V M**
vrbe primaria, vt nonnulli, veriùs ab Hispano optimo Rege Hispali filio, Herculis nepote. In varias partes siue Regna diuiditur hodiè: olim in duas tantummodò à Romanis, interiorem nempe, & vltiorem. Vltior rursus in duas secabatur, in Bætiam, quæ hodie Granata, & Lusitaniam. Bætica Africæ littoribus opposita, & Bæti fluvio, vulgo *Quadalquivir*, qui Provinciam quasi totam percurrit, nomen assumpsit. Eadem & Vandalicia ab incolis Vandalis dicta fuit, vnde hodiè quoque mutato vocabulo Andalusia dicitur. Lusitania quæ & Portugallia a quodam Luso Liberi Patris filio, vel Lyfa eiusdem Liberi socio nuncupata ab Occidente habet Oceanum. Reliqua autem Hispaniæ pars quæ & citerior, Tarraconensis Provinciæ est, quæ nomen à Terracone metropoli ciuitate splendida, & antiqua accepit. In quot autem Regna hodiè diuidatur, siue Provincias diffusius explicare huius loci non est: curiosus enim Lector id scire cupiens Vaseum, & alios eiusdem Regionis doctissimos Scriptores consulat. Regio hæc magna est, ab aeris clementia, à fructuum copia mirè commendatur. Terra vini, frumenti, olei, auri, gemmarum, & metallorum ferax. Ex ea bellicosissimi viri, & velocissimi equi procreantur. Montibus satis aspera sed feracibus, fluminibus non abundat, fontibus felicior, qui magna vi per subterraneos meatus decurrentes, & hinc inde per montium crepidines erumpentes; aridas valles, & terræ glebam æstu solis alioquin induratam
irri-

R E G I V M. 3
irrigant. Hactenus de situ: nunc quod potissimum intendo, ad Reges veniamus: compendiosum enim Regum Hispaniæ Theatrum animo concepi, quod extra Hispaniæ terminos non vagabitur, nec illi aliquid addam, quod foris quæsitum sit, nisi quod ad huius intelligentiam necesse erit, supervacaneum ducens foris petere, quod domi abundat. Sed nonnullos in Regum Hispaniæ serie & annorum numero scio variare, ideò ad prolixitatem euitandam, ne in compendio longior sim; Scriptorem doctissimum quendam Italum, qui Principum Theatrum Italico sermone conscriptum ante aliquot annos edidit, in omnibus ferè sequi decreui. Igitur ab Adamo vsque ad diluuium elapsis annis mille sexcentis quinquaginta sex, post illas immanes aquas, & prodigiosam generis humani stragem, magisque miram paucorum conseruationem, tres Noeni filij Sem, Cham & Iaphet ad varias Orbis partes se contulerunt. Sem occupauit in Oriente Syriam: Cham alter filiorum Noe meridiam partem obtinuit: Iaphet filiorum natu minimus ad Occasum deuenit, & in Europam profectus filios septem procreauit: Gomer, Magog, Mezer, Iauam, Tubal, qui primus Hispaniæ cultor & Rex fuit, Mosoch, & Thyras quorum singuli singulas nationes suo ferè nomine dixerunt. Tubal autem condidit Hispanos, ante cuius adventum in Hispaniam neminem venisse, præter Ayum Noam apud omnes pro comperto est.



Anni 4
Mudi

THEATRVM

1766 Tubal itaq; primus Hispaniæ Rex Attalus dictus, vel quod in Mauritania obierit Atlas Mauritanus. Studium huic fuit greges atque armenta inducere. Nonnulli tradunt mari venisse, eamque partem, ad quam appulit, Celtubaliam fuisse appellatam suo nomine, & post eum Celtiberiam. Nauarræ proximus tractus est, in qua vrbes duas condidit Tuballam & Tubellam. Regnavit in ea annos centum quinquaginta quinque. Cuius filius

1954 Iberus mortuo Tubali Patri in Regno successit: qui metallorū e terræ visceribus eruendorū artem suos docuit. Ibero memorabili fluvio nomen dedit, vnde Hispania Iberia dicta, & Iberi Populi: nec desunt qui asserunt Iberes, qui Asiam minorem incolunt, ex Hispania profectos esse: Item Hiberniam Insulam ab Ibero Duce siue Rege Hispano dictam, qui eam occupavit. Regnavit annis septem & triginta.

1991 Iubalda siue Idubeda Iberi filius, & in regno paterno successor. Iubalda mons circa Baticam ab hoc Rege nomen accepit. Anno huius quinto decimo Noe naturæ concessit in Italia apud montem Ianiculum, vbi nunc Orbis Domina Roma. Regnavit annis sexaginta & quatuor.

2055 Brygus Iubaldæ Patri successit, qui primus
Castella

REGIVM.

5

Castella in Hispania fundavit, quibus nomen suum *Anni*
indidit, & inde Oppida quadam, quæ in Briga termi- *Mudi*
nantur, vt Cartobriga, Deobriga, & alia. Huius Regis
temporibus fama est, populos adeo in immensū coa-
luisse, vt opus fuerit novis sedibus quarendis ex Euro-
pa in Asiam trajcere, vbi Brygios populos condidere,
quos Posterius mutata B. in Ph. Phrygios dixerunt. Vixit
annis duobus & quinquaginta.

Tagus paternum accepit Regnum, Tago fluvio no- 2106
men dedit, colonias multas in alias partes inhabitatas
duxit, misit & colonias in Asiam & Africam. Vixit an-
nos triginta.

Bætus Tagi Patris in Regno successor, à quo Bætis 2137
fluvius dicitur, & Prouincia Bætica. Fæliciter regnavit,
vrbes condidit, litterarum amantissimus fuit. De-
mum nullo relicto hærede moritur, vnde Hispania
ad exterum devenit. Regnavit annos vnum & tri-
ginta.

Deabus Geryon Afer advena, ex Mauritania traj- 2169
ciens in Hispaniam, hanc occupavit, sibiq; parere cœ-
git. Nomen assumpsit à diuitijs, & ideo Aureus Latine
dictus fuit. Illustrissima Gyroncorum Principum Do-
mus & familia, ab hoc Rege descendens nomen acce-
pit. Magna sanè, & rara huius familiæ antiquitas.
Gerunda vrbs antiquissima ab hoc quoque dicta.

A 3

Qui-



Anni 6
Mudi

THEATRVM

Quidā occisum tradūt anno Regni trigesimo quinto.

2204 Geryones tres occisi Patris successores, quos trigenos, propterea quod vnanimes fuerint, summaq; cōcordia vixerint, nomināt. Hos Hercules Libycus Osiridis filius sustulit. Regnarunt annos quadraginta tres. Hercules aliquamdiu in Hispania mansit, verum in Italiam discedens filium suum Regem creauit.

2247 Hispalus ergo Herculis huius filius Rex à Patre relictus, Hispalim, vulgò Seuilla, condidit, quem post decimum septimum annum secutus est in Regno

1264 Hispanus filius, Herculis nepos. Princeps tantæ generositatis fuit, populoque tam gratus & carus, vt Hispaniam, quam Iberiam ab Ibero nominatam supra dictum est, à suo nomine Hispaniam in posterum vocarint, quod ei nomen in hunc vsque diem perdurat. Huius filia siue soror Illiberia Ciuitatem Illiberiam construxit, quam vulgò Granatam vocant. Sub hoc Rege famosum illud in Pyrenæis montibus incendium hoc modo contigisse nonnulli tradunt. Pastores quotannis mense Augusto siccas, arentesq; herbarum stipulas immisso igne solent consumere, solum nouis fructibus aptantes. Id fortè dum faciunt, flamma ventorum & tempestatis vi altius adacta vicinas inuadit siluas, easque horrendo fragore breuissimo tempore in cineres redigit. Stupèdum hoc, & memoratu dignum incen-

REGIVM.

7 Anni
Mudi

incendium. Alij longè post euenisse volunt, post tempora nempè Abidi vltimi Regis & sub Rhodiorum in Hispaniam aduentum, quibus potius subscribo: illa enim viginti sex annorum continua siccitas, quæ Abidi Regis temporibus Hispaniam suis habitatoribus exuerat, humida quæque adusta reddiderat, flammæq; concipiendæ admittendæque aptissima. Vixit hic annis duobus & triginta.

Hercules Libycus nepote Hispano sine filijs vita 2296 functo, metu nouarum rerum ex Italia in Hispaniam properauit, eamque per annos decem & nouem cum omnium laudum & virtutum titulis rexit. Tandem Gadibus humanis excessit: cuius ossibus opulentum sepulchrum, templum illud sumptuosissimū, quod ad Romanorum vsque tēpora stetit, Gaditani extruxerūt.

Hesperus natione Italus, non Maurus, vt nonnulli 2315 autumant, vnus ex Herculis Ducibus, Atlantis frater, quem Hercules post nepotis obitum in Hispaniam secum adduxerat, Hispaniā regere cœpit: successor enim regni ab Hercule relictus fuerat. Ab hoc Hispaniam Hesperiam potius quam à sidere dictam volunt. A fratre Atlante ex Hispania post annum regni vndecimum, viribus inferior cum filijs pulsus in Italiam reuertitur. Filij autem cum auri & argenti immenso thesauro ad Insulas fortunatas confugiunt: vndè postea Hesperia nominata.

A 4

Atlas



Anni 8
Mūdi

THEATRVM

2326 Atlas Italus superioris Hesperii, ut diximus, frater, pulso fratre Hispaniā occupat, in qua annos inde duodecim regnavit. Ceterum cum Hespero fratri à se in Italiam pulso res ad votum flueret, Sycoro filio suo Rege creato, in Italiam per Siciliam contra fratrem dimicaturus contendit.

2338 Sycorus itaque Rex à Patre relictus Hispaniæ regnū accepit, à quo Sycorim fluvium, qui Ilerdam Hispaniæ Oppidum alluit (cuius etiam Cæsar in Commentarijs meminit) nomen accepisse ferunt. Dominatus fuit Hispaniæ annis quadraginta & quinque.

2383 Sicanus Sycoro Patre mortuo Hispanias rexit. Hic quibusdam Hispaniæ populis Sicanis nomen dedit: qui in Italiam postea transeuntes, & inde pulsi in Siciliam traiecerunt, Insulamque suo nomine Sicaniam dixerunt, cum antea Trinacria dicta esset. Regnavit annis triginta & vno. Post hunc

2414 Siceleus paterno regno inauguratus est. Xenophon refert hunc virū fuisse præcipuum in re militari. Huius tēpore diluuium Theffaliæ sub Deucalione & Pyrrha, plagasque Pharaoni Regi iussu Dei per Moysen irrogatas fuisse affirmant. Vixit annis quadraginta quatuor. Nec desunt, qui dicant hos tres postremos tantum Duces siue Principes fuisse à vocabulo Sic, quod Principatus titulum significat. Sed eos in
Regum

REGIVM.

9 Anni
Mūdi

Sed eos in Regum catalogo cum multis alijs pono.

Lusus Sicelei filius Hispaniam regendam accepit. 2458
Ab hoc Luso Lusitaniam dictam omnes vna voce ferè affirmant. Colonias multas duxit. Regnavit annis triginta.

Vlus Hispaniæ gubernacula cepisset, Lusi, vel, ut alij 2488
volunt, Atlantis filius. Regis nomen repudiavit, Principis siue Ducis titulo contentus, & ideò Sic Vlus siue vnico Vocabulo Siculo dictus est. Princeps bonus & benignus. Regnum obtinuit annis sexaginta.

Testa Sic Vlo siue Siculo sine filijs functo aduena 2548
Libyus, ex Tritonide Libyca Mineruæ patria oriūsus, Principatum sibi Hispaniæ vindicavit. Testam urbem condidit, quam Teucriam à Teucro Telamonio vocauere Hispani. Postea Carthaginenses in Hispaniam transeuntes Carthaginem appellarunt: nunc verò Carthagera dicitur.

Romus Patri Testæ in Principatu successit. Huic 2602
Valentia urbs ampla primordia sua refert accepta, quam Romani postea Romam à Rege Conditore dictam multum amplificatam & nobilitatam, Valentiam appellarunt. Eodem ferè tempore Bacchus siue Iacchus ex India à se domita rediens in Hispaniam venit: sed parum ad hanc materiam.



Anni 10
Mūdi riam. Vixit Romus in regno annis triginta tribus.

THEATRVM

- 2635 Palatius siue Palatous secundum aliquos viuente Patre Romo in Hispania regnavit. Ab hoc Palentiam Civitatē, in qua olim Mineruæ studium, & Gymnasiū generale Hispaniæ floruit, conditam fuisse, deriuatio nominis est argumento. Huic Cacus Vulcani filius, sic dictus quod primus in Hispania ferrū, & arma conficere docuerit, bellum intulit, à quo Palatous admodū adolescens, & qui militarem disciplinā nondū callebat victus, & fugatus fuit, octauo decimo anno regni.
- 2658 Cacus ergo à quibusdam quasi regnum occupasset, inter Hispaniæ Reges numeratur, quem ab Hercule Græco victū Virgilius 8. Æneidos fingit, sed Palatius, qui etate firmiori arma resumpserat, trigesimo, & sexto Tyrannidis suæ anno, superatum & pulsum in Italiam fugere coëgit. Auctores non desunt qui duorum præcedentium Regum temporibus Herculem Græcum Thebanum in Hispaniam venisse asserant, multaque ibidem Oppida fundasse, inter quæ Civitatem Gibraltarem siue Gades fuisse aiunt, vel saltem illustrem admodū reddidisse. Sed nō est verisimile, Gades enim à Tyrijs & Pœnis conditas fuisse ferè omnes tradunt. Post exactū Cacus Palatius regnavit annis sex.
- 2695 Erythrus siue Erithreus Palatui secundū quosdā filius, secundū alios Tyrriorū Rex, in Regnū Hispaniæ successit: & in

REGIVM.

& in ea annis sexaginta & octo regnavit.

11 Annē
Mūdi

Gargoris dictus Mellicola, quoniam primus Hispanos vltum mellis edocuit, in Patris locū successit, cuius tempore Troia eversa fuit: post quod excidium multi Græcorū Principes ad diuersas Orbis partes deuenere: siue quod in Patriam redire noluerint, siue nō potuerint, multiq; ex illis in Hispaniam post varios errores appulsi, diuersis in ea sedibus confederunt, multasque præclaras vrbes condiderunt: vt Vlysses Ithacus Vlyssiam siue Vlyssiponam. Alij Saguntinam, tum Zacynthum dictam, cum sumptuosissimo Dianæ iuxta urbem templo, cui propter insignem antiquitatem Annibal religione ductus pepercit, & ad Plinij vsque tempora, vt ipse narrat lib. 16. c. 40. stabat, annis nempe. 1770. Qua ratione Hispania tota in dominium Græcorum deuenit, & sub diuersis Græciæ populis per multos annos extitit. Regnavit Gargoris annis septuaginta septem, aut vt alij. 70. aut denique alij 74.

Habidus siue Habis Gargoris Mellicolæ ex filiiæ stupro nepos, quem Avus infantem rei indignatione ductus, perdere desiderans; primò quadrupedibus urbem ingredientibus calcandum, deinde canibus & porcis deuorandum proijci iussit: verum summo miraculo hoc euadens periculum, in marinas vndas eiusdē aui iussu præcipitatur. Ex quibus diuina profus



Anni 12

THEATRVM

Mædi

prorsus prouidentia in littus expositus à cerua, quæ
recens pepererat, in antrum asportatur, ibique eiusdem
lacte nutritur, donec Regij venatores ijs in partibus
feras investigantes, ceruam caperent, puerumque in-
uenirent, quem ad se delatum Rex certis ex signis ag-
nouit nepotem, eumque animo mutatus in Aula
educari iussit, & Regni successorem designauit. Hic
tam insignis euasit, vt non frustra diuina clementia
tot periculis ereptus videretur. Barbarum populum
legibus iunxit, in septem vrbes, quas Audientias vo-
cauit, diuisit, Iudices constituit. Qui autem de hoc
Rege plura nosse desiderat, Iustinum lib: 44. Epitoma-
tum consulat. Hunc Habidum veterum Hispaniæ
Regum vltimum fuisse posteritas affirmat: quanquã
Iustinus narret regnum per multa sæcula ab huius
Habidi successoribus fuisse retentum. Sed cum certò
constet, non vnus solùm imperio totam Hispaniam,
verùm occupatam diuersis paruisse, in hoc veterum
Hispaniæ Regum series terminatur. Hi sunt igitur,
quos breuiter descripsimus, antiqui Hispaniæ Reges,
quorum vltimum Habidum fuisse non absurdè credi-
tur: aliquamdiu enim Hispaniam fere incolis vacuã
+ admirabilis & incredibilis illa siccitas reddidit, cuius
tam celebris ariditatis plurimi Hispanorum Historici
meminerunt, affirmantes per viginti sex continuos
annos Hispaniam nullis omnino pluuijs irrigatam,
omnes fluvios exaruisse, Ibero, & Bæti exceptis: cui-
dentissimum sanè iræ diuinæ signum. Exteras natio-
nes

REGIVM.

13

nes, quæ diuersis deinde temporibus in Hispaniam mi-
grarunt, quæq; Gentes & Populi Hispaniam ad Cartha-
ginensium tēpora obtinuerunt, varij Scriptorum fusiùs
tradidere: ego hoc breuiter perstringere nō abs re fore
iudico. Tēporibus ergo Gergoris & Abidi Nepotis post
Troiam euersam varij Græcorum Principes, vt supra
dictum est, in Hispania sedes fixere. Lydi Populi mare
obtinentes in Hispania imperarunt, Ciuitates non-
nullas ab iisdem conditas, & annis eos quadraginta
septem regnasse referunt. Thraces Populi Scythis
vicini: item & Rhodij ibidem imperasse putantur, &
Rhodam in Pyrenæis montibus, vulgo Rosas, oppi-
dum construxisse: insuper Phryges, Cyprij, Phænices,
qui templum mirificum in Herculis Ægyptij honorẽ
extruxerunt: vt & Ægyptij sub Duce Tarracone, vnde
Ciuitati Terraconæ in Hispania citeriore nomen in-
ditum volunt: denique Milesij, Cares, Lesbij, Phocen-
ses Græciæ populi, à quibus Massilienses originem ha-
bent: item & Nabugodonosor huius nominis secun-
dus, tertius Chaldeorum Rex Hispaniam occupat, cu-
ius regni anno nono Carthagenensium in Hispania
dominium incepit. Atque hic Hispaniæ status fuit,
vsque ad Carthagenensium aduentum, de quibus
iam agemus. Est Carthagenensis Populus Africæ po-
tentissimus, à Phœnicibus & Tyrijs ortus, qui magnum
in Europa & Africa imperium obtinuit. Quorum in
Europa Hispani ferè omnium primi arma sensere, id-
que hac de causa. Geditani à Tyrijs descendentes,
B ab



ab Hispanis finitimis nouæ Urbis Gaditanæ splendori, & in immensum surgentis diuitijs & opibus inuidētibus bello petuntur: qui cūm perpetuis Hispanorum armis lacefferentur, auxilio à consanguineis Carthaginensibus impetrato se ab iniuria vindicarunt. Sed hi magnam vicinæ Prouinciæ missis auxiliaribus copijs partem obtentam; quasi armis suis partā sibi retinuerunt, Imperiumq; paulatim vlteriùs extēdere cœperūt, qui quasi Regionis huius inescati bonitate Imperiū Orbis, quod iam animo conceperant, stabilire posse iudicarunt. Plerosque statim in ea milites diuersis temporibus conscribunt, quos in Siciliam contra Hieronem Syracusanorum Regem miserunt, horum opera, quod gens bellicosa foret, plurimūm in bellis vtentes. Sed cum Insula varijs distraheretur factionibus, Siculi multis calamitatibus fracti ad Barbarum Regem Pyrrhum, qui tum cum Romanis bellum in Italia gerebat, Legatos mittunt, orantes vt ad exigendos Pœnos, Insulamq; à Tyrannis vindicandam suppeticas ferret. Qui statim triginta peditum, equitum duobus millibus & quingentis in Insulam trajciens; primo post aduentum conflictu Pœnos superauit, Prouinciā eorum subegit. Sed cūm odium sibi Insularum Ciuitatum, sua barbaric Rex Barbarus conciliaffet, ad Carthaginenses aliæ, aliæ ad Marmertinos defecerunt. Vndè Pyrrhus fugere coactus, cūm Insula excedens, vela in Italiam faceret ad eam respectans, Cineæ comitibusq; suis fertur

fertur dixisse: Quam amici palæstrā Carthaginensibus & Romanis relinquimus! Palæstram dixit, sed cruentā, & plenam crudelitatis orchæstram poterat nominasse. Horrenda enim illa bella, quæ hæc tempora subsecuta sunt, quorum Insula hæc causam dedit materiamq; subministrauit, orchæstræ potius quam palæstræ habet faciem. Odiorum itaque & belli causa talis fuit. Carthaginenses à Romanis in Siciliam ab Insulanis vocatis, ea Prouincia cedere iussi sunt, qui non solū eorum mandatis nō parent, verūm etiam bello eos terra, mariq; infesto Marte aggrediuntur. Verumenimverò fatali maloq; consilio: cum Populo enim vinci nescio bellum inchoabant. Vbi in mentem venit memorandæ illius sententię: *Fatum prouideri quam vitari + facilius, & cuiuscumque fortunam Superi mutare constituunt, cōsilia corrumpunt.* Quod si modum Carthaginenses seruassēt, si Romanorū Legatis & imperio paruissent, Siciliaq; excedere parati fuissent; Rēpublicam suā integram, & illesam conseruassent, nō Hispaniam Prouinciā opulentissimam, non tot exercitus, non tot præclaros Duces, nō Africæ Imperiū amisissent: deniq; non ipsam Carthaginem belli caput incensam, funditusq; deletam & euersam vidissēt. Populus itaq; Romanus Pœnis deuictis Africā & Hispanias Imperio adiecit, nec decuit ex tā vasto tamq; glorioso, nobiliq; Imperio, nobilissimam clarissimamq; Regionē excludi. Quo autē modo id euenerit, quæ bella victor Populus gesserit, quot annos in Pœnis subiugandis, eisq; ex



Hispania fugandis consumpsit; eamque exactis Pœnis, partim bello, partim amicitia in potestatem redegerit, & adeptam administrauerit, studiosus Lector Auctores, qui numero infiniti has res copiosissimè tractant, consulat, hæc enim fusiùs describere huius loci non est. Quousque tamen sub Romanis Hispania permanserit, quoque modo nouos Reges adepta sit, paucissimis exponere, paulumque extra materiam diuagari, quod & superius eadem de causa fecimus, rei & successus intelligentia requirit.

Orbis Imperium populus Romanus Victor Gentium obtinuit. Merito igitur Roma Orbis Domina, Urbiumque Domitrix & Mundi Triumphatrix dicitur, quæ ad vltimas Mundi partes & quatuor Orbis Cardines Imperium protulit. Europæ enim Asiam, deuictis in eam magnis Regibus, adiecit. Africam domuit, Imperij terminos in Oriente Tygrim, in Meridie Atlantem montem, in Occidente Oceanum, in Septentrione Danubium habuit. Magnum sanè amplissimumque Imperium, & mirum vnam Urbem Romam tanto Orbi regundo sufficere potuisse. Nō tamē mirabere, si Camillos, Fabios, Fabricios, Flaminius, Marcellos, Metellos, si Scipiones, Æmilios, Catones, Marcos, Cornelios, Lucullos, si denique Pompeios, Crassos, Cæsares, Cicerones, itē Brutos, & Augustos, aliosque; his non inferiores consideres, quos viros Roma, tanquam lucidissimas stellas, mundo dedit, per quos non solum bellicosissimas nationes, Reges-

Regesque potentissimos debellauit superauitque: verū debellatos & superatos, quod gloriosum omnino est, sub Imperio æquissimis legibus in officio conseruauit, & in tanta Gentium Populorumque varietate neminem iniuria affici passa fuit. Vnde rectè Poëta:

*Tu regere Imperio Populos Romane memento,
Parcere subiectis, & debellare superbos,
Hæ tibi erunt artes.*

De Alexandri Macedonis expeditionibus hanc solent +
bat proferre sententiã Cæsar Augustus: mirari se Adolescentulum istum tam fuisse sollicitum, vt Terrarum Orbem deuinceret, cū de illo conseruando, bonis scilicet legibus, non cogitaret. Sciebat enim sapientissimus Princeps, tantū ad Imperium conseruandum requiri, quantum ad acquirendum. In vtroque Roma excelluit, quæ sub Regibus Imperium Orbis animo concepit: sub Consulibus & Dictatoribus, suas Aquilas armaque victricia per omnes Mundi partes circumferendo, acquisiuit: sub Cæsaribus autem, & Imperatoribus partum tanto sanguine Imperium summa sapientia, & æquitate conseruauit: donec

Fata Deusque sinebant

Nā quemadmodū in hoc Mūdo nihil est stabile, nihilque; quod mutari nō possit, inueniatur: sic Imperia quoque; magna DEVS pro nutu, & voluntate (suæ Diuinitatis arcanis



arcanis causam solum reseruans) modò dat, modò auferit: Regna & Principatus varijs casibus de vno in aliũ transfert, vtiturque pro infinita sua sapientia, bonitate & iustitia varijs vijs ad præmia distribuenda, & iræ suæ diuinæ vltionem immittendam. Quod in tanta huius imperij mutatione videre licet. Quæ enim harum rerum & fortunæ (si loqui sic mihi permissum) maior instabilitas, vel quod diuinæ iræ manifestius signum, quam quod tanti Imperij magnitudo & Maiestas euenerit: tot opes & diuitiæ in vnum cumulatae aliò translatae: tantus Urbis Romæ splendor conciderit: tot triumpho, tot legiones, & tot exercitus perierint? Perijt quoque Romana potestas: vnumque quondam Imperij corpus, dissectis & protractis hinc inde membris, miserè lacerum (pro dolor) conspicimus. Vulnere sentiunt tota Asia, tota Africa, in plagis quoque est Europa, in qua inter cæteras Græcia, Regio olim omni disciplinarum genere excultissima, nimium pro sua dignitate & antiqui splendoris fama depressa iacet. Cæteræ partes meliorem fortunam sortitæ Imperio æquo & iusto subsunt. In quibus nostra Hispania, quæ modò Cæsareæ Austriacorum Soboli paret, præ cæteris gloriari videtur. Quam DEVS sub Austriæ Domus & stirpis Principibus ad hoc rerum & potentia culmen mirabiliter hoc ferè modo euexit.

Cùm itaque Romanum Imperium DEVS diuidere constituisset, illudque aliò transferre, id primò mole sua

sua ruere cœpit: deinde nationes barbaras Septentrionales immisit, quæ fœdè omnia ferro ignique vastantes cuncta barbarâ crudelitate miscuerunt. Hos autem diuersos fuisse constat: nempe Alanos, Vandalos, Suetuos, & postremos Gothos, ex quorum sanguine Reges quam plurimi in Hispania regnarunt, quos omnes breuiter suo ordine recensere decreui. Sed prius de Gothorum origine, & eorum aduentu. Sūt Gothi immanes Scythiæ Populi in tractu Septentrionali Danis & Noruegis contermini. Gothorum tamen varia genera traduntur. Cornelius Tacitus Gothinos Gothos appellat, & Germanos dicit esse. Spartanus in vita Cæsarum Getas esse dicit, quorum trecenta millia Claudius secūdus Princeps prælio deleuit. Procopius Auctor Græcus, qui sub Cæsare Iustiniano vixit, ex Cimmerijs, qui ad Tanaim habitant, venisse ait. Volaterranus homo doctissimus Gothos eosdem esse putat quos Cimbros, qui olim à C. Mario mira felicitate, magnaque strage victi superatique fuere. Plurimis vicibus in Europam irruerunt, sed eam multis cladibus affecti, multisque suorum millibus amissis, cruentisque prælijs attriti desidentes excedere coacti, multis annis quietem egerunt. Postea Valentis Principis temporibus Gothi ab Hunis sedibus pulsati à Cæsare supplices petunt, vt liceat sibi Mysiam Prouinciam P. R. tributariam, ad Danubium sitam, inhabitare. Qua re impetrata cùm à Romanis Prætoribus auarè & crudeliter haberentur, Ducibus cæsis & præsidio Romano, Mysiam intercipiunt, ac



ac Thraciam vastantes omnia latè occupant. His Valens cum milite occurrens strato exercitu ipse saucius viuus in villula quadam, in quam fugerat, concrematus est: iusto, vt aiunt, DEI iudicio, quod Arrianæ hæreseos assertor fuerat, quam ob rem has tam insignes impietatis suæ pœnas dedit. Gothi hac victoria elati Constantinopolim petunt: quam cum Gratianus Imperator retinere & Barbarorum impetum reprimere posse diffideret; Theodosium fortunatissimum Principem ex Hispania accersuit, eumque Imperij consortem creauit, à quo victi Gothi & ex Thracia fugati pacem impetrarunt. Verùm hi post mortem Theodosij sub Honorio & Arcadio, magna & formidabili manu, post Illyricum & Pannonias occupatas, Alarico ex Balthornm nobili familia Rege creato, in Italiam venire. Hic coniuncto cum Radagasto alio Gothorum Rege exercitu, de Italia subiuganda cogitauit. Cæterùm Radagastus primus Italiam ingressus ad Appenninum fame adactus à Stilicone cum toto exercitu opprimitur. Alaricus autem cum Honorio pacem fecit, ea conditione, vt ex Italia in Galliam, quam Honorius diutius conseruare posse diffidebat, discederet. Sed hūc excedere parantem Stilico contra foederis interpositam fidem aggressus fudit. Alaricus postero die instructus copijs vicissim Stiliconem cædit, & ingenti percitus ira Romam obsidione cingit & capit, sub annum à Christo nato quadragesimum duodecesimum: post urbem conditam millesimum centesimum sexagesimum

gesimum quartum, Imperij Honorij decimum quintum. Hi ferè sunt mille anni & ducenti, quibus Romam duraturam duodecim Vultures, quos Romulus vidit, auspiciam dederant. Sed cum nonnulli desint, numerusque expletus non sit, eos Chronologi in Tutilæ aduentum, qui post fuit, differunt. Roma igitur capta, Alaricus mitè & clementè se ad sacra loca confugiētibus præbuit, ac triduo moratus, Urbis direptioni intentus, discessit in Campaniam: inde mare conscendit in Siciliam & Africam traiecturus, verùm naufragio reiectus in Italiam, paucis post diebus Consentiaë moritur. A Barbaris in fluminis Barentini alueo sepultus est, aquis hac de causa deriuatis, & in locum relictis, fossoribus item omnibus ad vnum trucidatis, ne locus aliquando posset cognosci. Indignus meo iudicio, cuius sepulcrum conspiceretur, qui Urbem Romam Mundi Reginam, & Urbium Dominam primus diripere ausus fuisset. Gothi Atraulphum Alarici consanguineum, vel filium, iuuenem forma conspicuum, Regem creant, qui ad Urbem reuersus, si quid reliqui erat, diripuit. Romam Gothiam deinceps vocare in animo habebat, post eam solo æquare destinabat, sed Placidia Honorij sorore in vxorem accepta, dicitur barbarum pectus dilinitum, vt ea non patraret, quæ in Romanos cogitauerat, Cū qua in Galliam profectus, & inde in Hispaniam, in ea remansit: vnde postea Gothi imperium in Hispania tenuerunt. Ab his Gothis Christianissimi Hispaniaë Reges nati sunt. Ab iisdem quoque



Anni 22
XPI.

THEATRVM

quoque originem ducit Clarissimus & Maximus omnium Rex Philippus quartus, quem DEVS Mundo à se datum conferuet. Scriptores hic variant, quisnam primus fuerit huius sanguinis in Hispania Rex. Hispani potissimum ab Athanarico sumunt initium, qui tamen in Hispaniã, sicut nec Alaricus, qui eum in Regno secutus est, nunquam venit. Ego Auctorem Italum secutus Hispaniæ Regum seriem ab Ataulpho inchoabo. Atq; hac de causa parum extra materiam diuagati sumus, Romæque diutius inhæsimus, historiam lucidiorẽ reddere volentes, Lectoremq; paucis instruere, quis fuerit Hispaniæ status ab anno Mundi 2840. vsque ad annum Christi 411. quibus Hispania Regibus caruit, qui sunt circiter anni 1539. Sed nunc ad materiam reuertamur.

411 Ataulphus Alarici filius, siue consanguineus, primus ex Gothorum sanguine in Hispania regnavit, quam post direptam Romam cū Placidia vxore adiit, Hispanorum calamitatis misertus, quam à Barbaris patiebantur. Hunc Barcinonæ à suis, quod Romæ percerat, interfectum tradunt. Alij post domitam Hispaniam sibi manus intulisse referunt. Regnavit annis sex.

417 Sigericus Ataulpho succedit, qui & ipse vix Regni sui anno primo expleto, quod pacem cū Romano Imperatore fecerat, necatur, vitam cū Regno relinquens.

V Vallia

REGIVM.

23 Anni
XPI.

Wallia Rex à Gothis creatur, ea conditione, ne cum Romanis pacem ineat, quod facere non fuit ausus, monitus præcedentium Regum exemplo, eadem de causa occisorum, animum à pace licet non haberet alienum. Quod ne à suis animaduerneretur, instructã classem in Africam contra Romanos Prætores misit: qua tempestate conquassata, militibusque mari partim absorptis, partim inedia extenuatis, pacem cum Romanis iniit: Placidiamque Ataulphi Regis viduam Honorij Principis sororem honorificè apud se habitam in Italiam remisit.

Theodoredus siue Theoredus extincto Wallia ad Regnum euehitur. Hic in campis Catalaunicis contra Attilam Hunorum Regem, coniuncto cum Romanis, ex fœdere exercitu, pugnans occubuit. Cui prælio quinque Reges interfuisse memoriæ proditum est: Attilam Hunorum belli caput, Valamirum Ostrogothorum, Theodoredum Visigothorum, Ardaricum Gepidarum, Merouæum Francorum. Memorandum & famosum sanè prælium.

Turismundus occisi in prælio Theodoredi filius Regnum Hispaniæ suscepit. Qui Hunos ad interuersionem delere constituerat, verum ab Aetio Duce Romano subdolè dissuasus, domum se contulit, ne Fratres sui Regnum (vt Aetius callidè inferebat) se absente inua-



Anni
XPI. 34

THEATRVM

inuaderent. Quod Actio postea lethum attulit: nam à Cæsare Valentiniano occisus fuit, quod Attilæ, quem iunctis cum Thurismundo copijs debellare poterat, effugij locum præbuisset. Valentinianus vicissim ab Actij amicis obtruncatur. Thurismundus tamē contra Attilam pugnavit, eumque fuscum & fugatum trans Danubium pristinas inuisere sedes coëgit. Hic anno Regni sui tertio ægrotans venam iussit incidi, sed scalpello altiùs adacto vulnus accepit, ex quo cum sanguine vitam amisit. Nō desunt tamē qui Thurismundum à fratribus Theodorico & Frigelarico primo Regni sui anno occisum tradant: nos alios secuti illi tres annos attribuimus.

457 Theodoricus in fratris interfecti locum substituitur, Princeps omni laude dignissimus. Cum Rechiaro Sueuorum Rege consanguineo suo collatis signis pugnavit inuitus, quem captum, & adductum ad se occidit. Theodoricus ab Eurico fratre Tolosæ fuit interfectus.

469 Euricus ex fratricida Rex factus, vnde illud poëticū:

Fraterno primūm maderunt sanguine muri.

Hic cum videret multas in se Ciuitates fraternæ mortis vindicandæ causa insurgere, Lusitaniam deprædatus est, Pampelonem, & Cæsaraugustam, quæ ab eo defecerant,

REGIVM.

25 Anni
XPI.

fecerant, in suam redegit potestatem. Tarraconam urbem validam, quod diutiùs resisteret, Tyrannumque admittere constanter recusaret; funditus euertit, vnde multo tempore inhabitata mansit. Romanos circa bella ciuilia impeditos agnoscens, Imperijque vacillationem cernens, Arelatum & Masiliam Ciuitates Gallicas bello captas Regno suo adiecit, vbi extinctus est. Cui successit

Alaricus filius. Bellum cum Clodoueo Rege⁴⁸⁵ Francorum gessit, à quo Gallia expulsus, ingenti prælio superatus in Hispaniam se recepit. Sed postea reuersus à Childeberto, vel vt alij, ab eodem Clodoueo victus occiditur, cum tanta suorum strage, vt campus, in quo prælium commissum fuerat, Arrianus ab hæresi Arriana, quam profitebatur, dictus fuerit. Addunt in hoc prælio Alaricum à Clodoueo equo fuisse deiectum, paratumque Clodouicum sterisse deiectum confodere: verum duos Gothorum equites irritatos magis quam territos, hastas equorum cursu in Regis sui deuicti latus direxisse, antequam Regem Rex conficere, & opima spolia capere posset, sed beneficio armorum incruentus periculum euasit. Quem surgere conantem Francus occidit. Hoc successu ferocior Carcaïonem Urbem Francus obsedit, in qua Alaricus senior, qui Romam spoliauit, Salomonis præstantissimam & ingentis precij gemmis ornatam supellectilem, quam Hierosolymis



Anni 26

XPI. solymis Romani auexerant, reposuerat.

THEATRVM

506 Gesalaricus, occiso in bello fratre Alarico, Eurici ex concubina filius, vel, secundum alios, Alarici ex concubina filius Rex creatus est, quod Amalaricus, qui postea regnavit, filius Alarici ex Theodorici Gothorum in Italia Regis filia vixdum quinquennis Imperio nondum maturus esset. Hic Gesalaricus, ut matre erat humili & obscura natus, animo degener omnino fuit. Cum Galliam Narbonensem ab irrupentibus inimicis Burgundis defendere non posset, magna exercitus sui parte amissa, Barcinonem ignominiosa fuga se contulit, ibique turpiter delitescens vixit, quoad à Theodorico Gothorum in Italia Rege regno exutus, & paulo post ab eiusdem Duce tota Hispania fugatus Africam petijt. Tandem post varios casus & errores, Vandalorumque auxilium frustra petitum, apud Druentiam Galliae flumen interiit, vitamque amisit, ut antea Regnum.

510 Amalaricus Theodorici Italiae Regis è filia nepos, Alarici filius, post Gesalaricum à Theodorico avo materno Hispaniae Regnum accepit, qui id per annos quindecim paruuli tutelam agens, non sine gloria, nepotis nomine administrauerat: qua de causa & quod Romam restaurasset, murosque redintegrasset, in Italiam reuersus auream à Senatu statuam promeruit. Amalaricus Arrianorum veneno

REGIVM.

27 Anni

XPI.

veneno imbutus uxori Clotildi Childeberti Francorum Regis sorori feminae pietati addictae, iniurias & ignominiam suos inferre passus est: eamque ea crudelitate dicitur cecidisse, ut illa infectum suo sanguine sudarium fratri remiserit. Unde ille turbatus, amoreque fraterno motus Hispaniam petit. Cuius aduentum Amalaricus non expectans descendere parat: sed cum thesauri secum asportandi causa moram trahit, ab imminente Childeberto mare petere impeditur. Cuius cum se manus euadere non posse cernit, ad templum quoddam Christianorum, quod saepe violauerat, confugit: sed priusquam sacra limina contingeret, telo eminus emissio ictus, vulnere mortali faucibus, expirat. Stupendum sane diuinae vindictae argumentum, cuius memoria & recordatio exulcerato nostro saeculo, templorum violatoribus non foret inutilis: ut discant hos non mereri salutem & vitam in sacris locis inuenire, quae prius polluerunt, ut in impio hoc Rege apparet.

Thendius, quem alij Theodatum vocant, occiso 531 Amalarico, nullo de se filio relicto, Regnum Hispaniae, ducta nobilissima ibidem coniuge, usurpauit. Theodorici exercitus armiger fuit, quo regnante Franci magnis copijs Hispaniam ingressi, Tarraconam depulabantur. Sed à Theodisco Duce repulsi Pyrenaeis faucibus inclusi, unde effugere non poterant vitam

C 2



Anni 28

THEATRVM

XPI. vitam & fugam multis precibus & auro coacti sunt redimere. Qua victoria Gothi elati Septam oppidum trans fretum Herculeum à Romanis occupatum, magna vi oppugnant: verum à Romanis cum incautiùs se gerunt, & die Dominica religiosè armis abstinent, repentina oppressione ad vnum omnes caduntur, ita vt ne nuntius, vt tradunt, quidem cladis superfuerit. Tam tristia noua mors Regis excepit, qui vulneratus à quodam, qui insaniam dementiamque simulauerat, occubuit, inter sanguinis effusionem, & vltima vitæ spiracula ijs, qui adstabant, vetans, ne quis suæ carnis vltorem se præberet, percussorem iustè à DEO immissum affirmans, quod ipse primarium quendam suum Ducem iusserat trucidari.

548 Theodisclus Totilæ Ostrogothorum Regis ex Sore Nepos, superioris Regis Thendij contra Francos Dux, quos in Pyrenæis montibus ab eo deuictos memoratum est, post mortem eiusdem Thendij Rex eligitur. Qui cum Magnatum vxores passim, & præcipuas Matronas turpi libidine constupraret, mortemque plerisque, quibus id vitæ genus displicere agnouerat, moliretur; Hispali inter epulas à coniuratis occiditur, anno primo postquam regnare cœperat. Post quem

549 Aquila Gothorum Rex constituitur. Hic impius fuit,

REGIVM.

29 Anni

XPI. fuit, & Cordubensibus bellum mouit, quod ab eo defecerant, verum ab his, filio primum, tum thesauris amissis, victus turpi fuga Emeritam se contulit, vbi à domesticis interficitur.

Athanagildus (qui viuentis Aquila regno per tyrannidem inhiauerat, exercitumque Aquilæ contra se missum Cordubam inter & Hispalim fuderat) ab Hispanis Rex eligitur. Romanis (qui ex hac seditione, & varia Regum mutatione Hispaniam recuperandi spem conceperant) exclusis. Regnum igitur quod vi & armis occupauerat, omnium Hispanorum consensu & voluntate est consecutus. Rex verè Christianus fuisse perhibetur. Toleti fato concessit.

Luiba siue Loyba Narbona euocatus, vbi Præfectus erat, Regnum communi Primatum consensu adipiscitur. Nihil ferè dignum egit: nisi quod Regni sui anno secundo fratrem Leouigildum Imperij confortem creauerit.

Leouigildus ergo, vt dictum est, à Loyba fratre in Regni socium assumptus, post eius mortem Rex solus est. Gothorum Prouinciam multis rebellionibus imminutam ad pristinum splendorem reuocauit. Asonidam urbem fortissimam Romanis eripuit. Huius Regis tempore monasticæ obseruantia vsus & regulam

C 3

Donatus



Anni 30
XPI.

THEATRVM

Donatus quidam Abbas ex Africa Barbarorum vim fugiens, in Hispaniam dicitur induxisse. Leouigildus Cordubam Gothis rebellantem noctu occupatam suam facit. Post hæc filios duos Hermenegildum, & Ricaredum Regni Consortes declarat. Cantabriam ingressus, Cantabros ipsos, & multos Hispaniæ occupatores oppressit. Sueuorum Regnum, quod in Gallaecia per annos centum septuaginta septem sub octo aut nouem Regibus durauerat, deleuit. Quibus ubique feliciter peractis, Tyrannisque extinctis, Ciuitatem in Celtiberia condidit, quam Ricopolim vulgo Ripol nuncupauit, mænibus adornauit, & pacatè in ea egit: donec filius Hermenegildus Hispali rebellionem mouens, domesticam Patris quietem turbaret. Sed Pater ad opprimendam filij seditionem adducto exercitu Hispalim obsidet, filium nunc fame, nunc ferro & fluij deriuatione ad deditiõem compellens. Quem demum vrbe expugnata, fugientem Cordubæ rapit, & regni societatis titulo priuatum Valentiam in exilium mittit: & postea per Sisbertum quendam occidi iussit. Alij ob fidem Catholicam, quam Hermenegildus à Sancto Leandro Hispalensi Episcopo doctus amplexus erat, à patre occisum referunt. Hic tamen

Infelix, utcunque ferunt ea Fata Nepotes.

Fuit hic Leouigildus cordatissimus Princeps, meliore fide & filio dignus secundum aliquos: secundum alios verò

REGIVM.

31 Anni
XPI.

verò meliore Patre dignus filius. Arrianorum sectæ acerrimus assertor extitit, in quorū gratiam Cōcilium celebrauit. Sed ante mortem penitentiam de hæretico errore agens in fidem Catholicam transijt, filioque Ricaredo præcepit, vt B. Leandrum coleret, Episcopos ab exilio reuocaret. Tandem Toleti fatis concessit. Primus Regum purpura & regalibus ornamentis vsus est, quum antea vestitum haberent cum Nobilibus communem. Leges ante se latas emendauit, ea addēs, quæ ex Reip. vsu & utilitate plurimum esse iudicabat. Sub hæc tempora Mahometem Orbis pestem in Arabia natum tradunt.

Recaredus Patri in Regno succedit, sed non in prima Patris fide: Princeps enim Catholicus fuit; bona aliena à Patre Regibusque prædecessoribus direpta, & in fiscum relata benignè Catholicis restituit. Ecclesiarum quoque conditor, & restaurator extitit. Arrianos non vi, nec armis sed sapienti colloquio aggressus ad fidem conuertit. Gothos, item & Sueuos in fidei unitate continuit. In tertio Toletano Concilio publicè cum Regina Badda Arrianam hæresim abiurauit. Quæ ratione plurimæ ei tenduntur insidiæ, eaque præcipuè à domestico suo Cubiculario Tyrannidem affectante. Sed is nefandi consilij detecto molimine, dignas sceleris & infidelitatis suæ pænas dedit. Fuit hic Recaredus Princeps verè dignissimus, tamque in populum benignus, vt Pater Patriæ publicis vocibus salutaretur.

C 4

Toleti



Anni 32
XPI.

THEATRVM

Toleti maximo sui relicto desiderio obiit: purgata prius tota Hispania omni publicæ herefcoſe labe. In qua fidei puritate per annos iam mille, & eo amplius ſine vlla vacillatione & errorum publicè admiſſorum macula Hispania permansit. Magnum ſanè conſtantia ſignum & laudandi in fidem zeli.

601 Luiba huius nominis ſecundus Recaredi filius Patris in regno ſucceſſor. Iuuenis indole omnis virtutis inſignis, ſed à Viſterico regali ſolio deiectus omnem, quam de ſe dederat futurae magnanimitatis & prudentia ſpem, cum vita abſtulit, quæ illi à Viſterico gladio impiè adempta fuit anno ſecundo, quo regni gubernacula cum laude inchoarat. Arcanum Diuinæ Maieſtatis iudicium, quæ tam pij, tamquæ præclari Regis poſteritatem diutius regnare paſſa non fuit. Sed propter peccata populi facit DEVS regnare hypocritas.

303 Viſtericus igitur Tyrānide regnum occupat, quod inglorius tenuit, regni quæ ſui decus varijs malarum actionum improbitatibus deturpauit: præcipuè cum Arrianorum perfidā ſectam reuocare conaretur. Qua de cauſa ſuorum in ſe impetu factò in proprio palatio gladio obtruncatus, patrati in Luibam ſcleris præmium accepit. Iuſto DEI iudicio: gladio enim interire par erat, qui gladio percufferat.

610 Gundemirus Viſterici percufforum antefignanus Gotho-

REGIVM.

33 Anni
XPI.

Gothorum Rex creatur. Hic Valcones deuicit, & vaſtauit. Romanis, qui in Hispania reliqui erant, bellum intulit. Tandem regni anno ſecundo Toleti moritur.

Sifebutus Princeps optimus, & verè Chriſtianus, 612 bellicoſus ſimul, & eloquentiſſimus ab Optimatibus in ſolio regio ponitur. Acerrimè in Iudæos animaduertit, quorum cauſa Concilium Toletanum indicendum curauit. In quo Iudæos vel Chriſtianè viuere, vel Hispania excedere, decretum fuit. Morbo, vel, vt alij, immoderato medicamento hauſtu è viuus exceſſit.

Recaredus ſecundus trium annorum infans pro 620 Rege agnoſcitur. Sed regnum primo anno cum tenera vita reliquit.

Suinthilla ſecundum aliquos Recaredi Hispania 621 Regum primi Catholici filius regnum adminiſtrat. Sifebuti in bello dux fuerat. Primus omnium Gothici ſanguinis & nominis Regū Romanis penitus exactis Hispania Monarchiam obtinuit. Hoſtes bello deuictos ſuis ſumptibus Ciuitatem Oligirim (quam Valladolid multi dicunt, ſed plurimi dubitant) ædificare compulſit. Rechimirum filiū in regni ſocium cooptauit. Qui vno quaſi tempore, & hora fatiſ concedunt. Suinthillam Hiſpani miris laudibus cumulant, pauperum patronum, & Patrem appellantes.

Sifeo



Anni 34
XPI.

THEATRVM

631 Sisenandus in Suinthillæ locum successus est. Eo urgente Concilium cogitur, in quo inter alia multa præclara duo, præcipuè sunt decreta. Clericos nempe publicorum munerum functionibus abstinere: alterum non licere Iudeis officia publica appetere, ne hac occasione Christianis iniuriam facerent. Obijt Toleti.

635 Cinthilla, siue Suithilla Sisenandi, secundum aliquos, frater in regno succedit. Quo rogante duo Concilia Toleti instituta sunt. Bella habuisse hunc non constat: Hispania enim tota (ob exactos ex ea Romanos) pacata, ciuilibus Reipub. ordinationibus vacabat. Incolas nisi verè Christianos non sustinuit: exteros alterius Religionis in Hispania non admittendos lege fanciuit.

639 Tulcas siue Tulgas, mortuo Cinthilla regnat. Iuuenis admodum erat, sed qui prudentiæ & futuræ liberalitatis spem magnam de se præberet. Regia omnino indole & omnium virtutum titulis ornatissimus Princeps fuit. Cuius cum tota Hispania prudentiæ bonorumque operum fructus expectat, in flore ætatis, regni que cum omnium plausu, publica que lætitia inchoati primordijs eripitur, anno regni secundo.

651 Cindasiuntus vacuum Gothorum Regiam, non sine tyrannidis nota inuadit, quam vt maculam elueret,

REGIVM.

35
Anni
XPI.

ret, summa prudentia & mansuetudine rexit. Item vt Regnum à se occupatum stabiliret, & ad posteros transmitteret, Flauium Reccesiuinthum filiorum natu maximum (alter enim Fasila dictus minor erat) in Regni societatem assumpsit, cuius eum successorem cum amplissima thesaurorum hæreditate reliquit. A Pontifice obtinuit, vt Primatus Hispaniæ pro arbitrio esset, vel Toleti vel Hispali: vixit & rexit cum summa pace: Toleti moritur.

Reccesiuinthus post obitum Patris Regnum Hispaniæ solus obtinuit, quod cum patre regni socius quatuor annis administrauerat. Eius tempore duo Concilia Toleti celebrata sunt. Primatus Hispaniæ ex Ecclesia Hispalensi in Toletanam translatus est. Princeps pius fuit. Toleti moritur, filio relicto Theodefredo admodum puero

Bamba, mortuo Reccesiuintho, vir de Gothorum genere nobilissimus, ad Regni fastigium omnium Primatum consensu euehitur (Theodefredo ob infantiam regno nondum maturo) quod cum constanter recusaret, à quodam primario stricto ense, vel regnare vel mori eligere adigitur. Cuius minis cedens in Ecclesia vngitur & coronatur. Regni huius initio ab ijs, qui nouis rebus studebant, Hispania turbata fuit. Hildericus enim Comes Iudæos in patriam reuocauit, Galliamque Gothicam rebellionem abduxit. Ad quem



Anni 36
XPI.

THEATRVM

quem opprimendum Paulum quendam Græcū Rex mittit, qui fidei oblitus, qua Regi & Domino suo erat obstrictus, sua effecit perfidia, vt ipse à regijs copijs, quibus præerat, Rex salutaretur. Cui rei Rex quamprimum obuiam eundem ratus, ciuitates rebelles obsedit: quas (inter alias Barcinonam & Gerundam) partim deditione, partim armorum vi recepit, breuique de proditoribus gloriosa victoria est potitus. Quibus tanta felicitate peractis, Toletum tendens vbique faustis omnium acclamationibus, ductis in triumphum hostibus, recipitur. Internam hanc rebellionem alius mox rumor insequitur. Saraceni siue Arabes ducentarum septuaginta nauium classe Hispaniæ littora infestantes, facto in terram impetu, omnia ferro & igne miscebant. Quorum Rex certior factus, militibus suis eo missis, Barbarorum classis incensa est, Saracenis partim occisis, partim in captiuitatem abductis. Post hæc eo annitente Concilium celebratum, & Ecclesiasticæ res ordinate sunt. Toletum ipse regiam urbem plurimis cum publicis tum priuatis ædificijs, tum turribus & muris exornauit. Denique à quodam Eruigio Erduasti aduenæ cuiusdam filio, qui ad regnum aspirabat, letifera potione accepta, in insaniam versus, ex qua (vitam prius monasticam professus) in oppidulo quodam propè Burgas moritur.

680 Eruigius aduenæ cuiusdam, vt diximus, filius regnū inuasit, Theodofredo Reccesunthi Regis filio legitimo

REGIVM.

37 Anni
XPI.

mo iustoq; hærede excluso, ac in exilium misso. Initio regni leges promulgauit: Concilia indicenda curauit. Filiam suam Cixilonem Egicæ Gothorum magnæ auctoritatis Principi vxorem dedit: hac ratione turbas cuitans, quas à Theodofredo metuebat. Huius tempore ingens fames magnam Hispaniæ partem habitatoribus vacuum reddidit. Toleti moritur.

Egica Eruigij gener regno inauguratus vxorem suam, per quam Regnum accepit, repudiavit, sceleris ab eius patre Eruigio in Regem Bambam commissi odio. Filium tamen ex ea susceptum penes se retinuit, hæredem Regni destinans, cui Galleciam regendam commisit. Ter cum Francis dicitur pugnasse, sed dubio Marte, Princeps sapiens fuit & patientissimus. Tribus ante obitum annis etate grauis, filium Vitissam Regni consortem declarauit. Toleti (vbi eo rogante aliquot erant Concilia celebrata) mortuus magnificè sepultus fuit.

Vitissa Egicæ filius post Patrem Rex solus est. Hic 701 +
in regni primordio clementissimi Principis futuræ, que probitatis, & omnis virtutis spem de se ferens, paternos exules ferè omnes in patriam reuocauit. Verum ingenium deprauatum diutiùs celare non valens, omnium flagitiorum turpique libidinum genere se contaminauit. Ac primò Fasilam Cindasiunthi Regis filium, Pelagij Patrem, Cantabriæ siue in



Anni 38

THEATRVM

XPI. in Cantabria Ducem (eiusdem Fasilæ instigante vxore,
) cum qua consuetudinem clam Vitissa habebat) fuste
) occidit: filio eius Pelagio vrbe regia expulso. Sed is Ty-
) ranni metu & paterno territus exemplo in Canta-
) briam, suis fuga clapsis comitantibus, se repente con-
) tulit, vnde

) *Conueniunt, quibus aut odium crudele Tyranni,*
) *Aut metus acer erat.*

) quam Cantabriam postea cum Asturibus contra Sa-
) racenorum impetum egregiè defendens, victoriæ,
) quam posteri Reges eius successores contra Mauros
obtinerunt, primus portam aperuit. Vitissa Rex pri-
mum in occulto impudicus lubricam vitam agebat,
verum omni pudore deposito, publicè multas vxores
duxit, plures domi concubinas habuit. Regni quoque
† Proceres ad idem vitæ genus exhortatus est. Omnes
) Hispaniæ Ciuitates, paucis exceptis, per speciem pa-
) cis, reuera autem rebellionis metu, murorum sola-
tio spoliauit. Iudæos, multis ijs immunitatibus con-
cessis, reuocauit. Tanta denique facinorosorum crimi-
num edidit exempla, vt illo tempore Gothorum ferè
strenuitas, quæ Gentibus Regibusque imperare con-
fucuerat, vitiorum altitudine submersa, cunctis fœ-
ditatibus subiaceret. Libidini crudelitatem quoque
addidit, quam impiè exercuit, in supplicio Theode-
fredi (cui oculos erui iussit) viri regio sanguine orti
(patre

REGIVM.

39 Anni

(patre nempè Reccesuntho Hispaniæ Rege) & cui XPI.
regnum iure debebatur. Is Cordubæ procul ab aula
regia Eruigij & Egicæ Regum, à quibus Regno exa-
ctus fuerat, metu viuebat, vxoremque ibidem Reci-
lionem regio Gothorum stemmate natam duxerat,
ex qua filium nomine Rodericum (qui Hispaniam
postea perdidit) magnæ spei, vt apparebat, iuuenem su-
stulit. Huic Rex Vitissa insidijs structis cæcitatem, vt
antea eius patri, irrogare decreuerat. Verum adolef-
cens prudens & cautus, suam præuidens ruinam, ad
Romanos confugit, ijs ob Reccesunthi aui gratiam
admodum carus. A quibus exercitu & milite adiutus,
tam crudelem expulsiurus Tyrannum in Hispaniam
tendit. Vbi prælium cum Rege Tyranno commisit,
in quo captum Vitissam & solio deturbatum, omni-
que regali dignitate spoliatum, oculis confossis, quo
& ipse supplicio Theodefredum affecerat, Cordubam
ablegauit. Vbi miserabiliter ducta ad finem vita, sepul-
chri honore carens, meritas crudelitatis & impietatis
sue penas exoluit.

Rodericus igitur prænominatus Theodofredi ex 711
Recilione filius Reccesunthi Regis nepos, deuicto &
Cordubæ exilium agente Vitissa, Romanorum auxi-
lio Hispaniæ Regnum obtinuit, quod breuissimo tem-
pore post perdidit, Gothicæque Gentis nomen & glo-
riam, sicut & Vitissa, cui moribus non erat dissimilis,
infami libidine conspurcauit, toti que Hispaniæ
infe-



Anni 40

XPI.

THEATRVM

infelicissimam cladem attulit. Solet enim DEVS mundi peccata sæpè, prauorum Regum & Principum temporibus, castigando eluere (cui interdum etiam ob eorundem virtutes solet parcere) vt sub malo hoc Rege contigit: cuius adulterinam vitam, corruptos item hominum mores & funesta flagitia, Regum etiam de mortuorum tyrannides, cædes & iniustas successiones DEVS vindicans, tandem hunc Rodericum vita exutum Regno eiecit, & Gothicum propè succidit Imperium. Vndè illud Senecæ:

+ *Violenta nemo Imperia continuat diu,
Moderata durant.*

Vt autem euersio tristisq̃ue & horrenda hæc rerum mutatio, tamq̃ue florentis Regni deuastatio euenerit, diuersi Hispani scriptores diffusè scriptum tradidere. Quocirca ea quæ per eosdem satis nota & manifesta sunt, ad longum repetere præter propositum ducens, obiter, paucisq̃ue verbis, ad huius rei euentus intelligentiam, narrando attingam. Rodericus igitur eo quo diximus modo Regnum adeptus, vno tantum anno solus administrauit. Vir durus bello, sed infortunatus, item ad negotia expeditus, quiq̃ue spem magnam de se cunctis præbebat: verum hanc violentum stuprum nobili cuidam puellæ illatum mox præscidit. Moris erat in Hispania illustrium virorum & Magnatum filios filiasue in domo Regia nutrir. Inter has Iuliani Comitis viri nobilissimi,

REGIVM.

41 Anni

XPI.

lissimi, & armis exercitati filia, nomine Caba, præstantissima habebatur. Huic Rex Rodericus, cum eam deperiret, stuprum, matrimonij addita spe, obtulit, postea intulit, nihil interim minus, quam de matrimonio cogitans. Iulianus Cabæ pater tum in Africa legationis munus obibat; vndè rediens, filię suæ à Rege constupratæ intellecto dedecore, conceptum inde dolorem vultus alacritate egregiè dissimulauit. Verum id vindicare constituens, legatione sua exposita Septam Africae urbem petijt, ibique vxore, filiaque (quam ex Aula infirmæ, vt fingebat, Matri solatio destinata à Rege impetrauerat) collocatis cum Musa Principe, qui illas partes Miramomelino Arabum Regi seruabat, colloquium inijt, ac tantis cum pollicitationibus animauit, vt Hispaniæ obtinendæ spem conciperet, cum eam Iulianus prædæ illius cessuram, si milite inuaretur, promitteret. Quare ad Miramomelinum Regem delata, exiguis copijs, quas ob fidem dubiam primò tantum fidendas Rex censebat; Musam in Hispaniam cum Iuliano transfretare mandat. Qui deinde omnia vera expertus maiores adiunxit. His Baticam & bonam Lusitaniæ partem primo statim impetu inuadit: Hispalim aliasq̃ue Vrbes muris nudatas diripit, horrendâ strage cuncta miscens. Quibus ad Regem Rodericum delatis, Sanctium consobrinum cum exercitu per tumultum collecto obuiam misit: sed Gothorum copię tanta vastatione perculsæ

D 3



Anni 42

THEATRVM

XPI. perculsæ & longa pace armorum vsibus desuetæ; præ-
torum immemores occiso Sanctio in fugam ver-
tuntur. Qua victoria Arabes elati barbaram crudelita-
tem in deuictos passim exercuerunt. Rex autem Ro-
dericus hac suorum audita clade, tamque repentina
Patriæ inuasionem (quæ diuina illo tempore indigna-
tione viribus & consilio destituta videbatur) omni
Gothica nobilitate conscripta, & numero omnium
generis exercitu, Arabibus Maurisque infeliciter pugna-
turus obuiam proficiscitur, hosteque ad amnem, qui
Guadalete vulgò dicitur, propè Xeritium oppidum re-
perto, rebus omnibus ad conflictum paratis, pugnae
se accingit. Pugnatum est vtriusque per octo dies, du-
bio semper Marte, nec facile erat iudicare, quæ partium
superior euassisset. Tandem Rodericus rerum & belli
summam experiri magnopere desiderans, classicum
cani iubet. Ipse corona aurea gemmis distincta, regali
trabea in curru eburneo insignis (ita enim solenne
erat Gothis Reges interesse conflictibus) suos ad con-
seruandam veterem illam Gothorum gloriam cohorta-
tus, in Saracenos inuehitur; in qua pugna non solum
sapientissimi Ducis, verum etiam strenuissimi militis
munus obibat. Sed multitudine hostis superior erat,
fessisque integri succedebant: quorum impetum Go-
thi diutius non sustinentes, sed terga vertentes, victo-
riam Barbaris cum Imperio reliquerunt. Dies is Do-
minicus erat, quasi DOMINVS suo die Regum, & po-
puli peccata castigare decreuisset. Quo autem anno,
quoue

REGIVM.

43 Anni
XPI.

quoue in loco pugnatum sit, Scriptores inter se variat.
Memoria autem teneo, me (cum in Hispania iter ha-
berem) per vallem quandam satis capacem, montibus
vndique septam, transisse, innumerabilibus crucibus
è duobus stipitibus confectis, & terræ infixis refertam,
cumque tam ingentem multitudinem (ad aliquot
enim millia erant) tacitus, & cogitabundus admirarer,
incolæ funestum hunc esse campum, in quo Rex Ro-
dericus vltimum illud prælium cum Mauris conse-
ruit, se à Maioribus accepisse affirmabant. Vallis ista in
saltu Castulonensi, quem Marianum montem, vulgò
Serram Morenam vocant, non procul à Corduba erat.
Verum hæc parum referunt, qualiscunque enim an-
nus, dies, aut locus fuerit, is Gothorum nomini cum
totius pæne Hispaniæ excidio finem attulit. Ipse Rex
Christianorum acie fracta fugane elapsus, an occi-
sus fuerit, ignoratur, nec enim postea visus, nec inuen-
tus apparuit. Vestium tamè & coronæ vestigia, equus-
que, cui Orelia nomen erat, iuxta fluuium sine corpo-
re sunt reperta. Non procul tamen à Viseo oppido
Portugalliæ tumulus quidam visitur, cuius inscriptio
Roderici Regis cadauer ibi sepultum testari videtur,
cum dicit:

*Hic iacet Rodericus vltimus Rex Gothorum. Ma-
ledictus furor impius Inliani, quia pertinax, & indi-
gnatio quia dura, vesanus furia, animosus indignatio-
ne, impetuofus furore, oblitus fidelitatis, immemor
religionis,*

D 4



Anni
XPI. 44

THEATRVM

religionis, contemptor diuinitatis, crudelis in se, homicida in dominum, hostis in domesticos, vastator in Patriam, reus in omnes, memoria eius in omni ore aurescet, & nomen eius in aeternum putrescet.

+ *Nec DEVS tam impium Iuliani scelus, & nefarium furorem inultum reliquit: nam ipse Comes omnibus exutus possessionibus, proditionis insimulatus, & in vincula coniectus: vxor lapidibus obruta, filia causa mali tanti è turri Septensi præcepta acta, miseram mortem sustinuerunt, mali consilij sui meritas, & condignas pœnas inter primos exoluentes. Stat enim vetus illud inconcussum.*

Malum consilium consultori pessimum.

Tandem post hanc victoriam à Barbaris nullum crudelitatis, & acerbitalis genus Hispania non experta, cladem hanc acceptam multis postea sæculis abolere non potuit. Sæuitum est in vtriusque sexus homines, atque adeò ultra omnem modum, atque modestiam debacchata est Barbarorum feritas, vt pecudes non homines iugulare viderentur. Denique octo mensium spatio, siue, vt alij, infra biennium Hispaniæ Principatum obtinentes (præter Asturias & Cantabriam) plures in ea Reges constituerunt. Qui paruo admodum tempore regnantes, à suis interfecti interierunt; & regnum scelere quæsitum, scelere perdidit. Hoc quoque

REGIVM.

45
Anni
XPI.

que memorie proditum hic omittendum non putauit. Palatium siue turrim Tolleti fuisse dicunt à multorum Regum temporibus, in illam vsque diem semper clausam, plurimisque seris custoditam. Hanc Rodericus Rex cunctis repugnantibus ingentes thesauros ibidem repositos & seruatos credens, iussit aperiri: verum vt aperuit, nihil præter pannum quendam coloribus variegatum offendit, in quo Latinis literis erat scriptum: quando contingeret palatium illud siue turrim recludi, Gentes eius effigiei, quæ in panno depictæ conspiciebantur, Hispaniam inuasuras. Quo viso Rex territus, augurium infaustum execrans, turrim omnibus suis seris claudi mandat. Verum auguralem stragem euadere non potuit: breuissimo post interuallo eo, vt dictum est, modo contigit, vt Gothicæ Maiestatis gloria vno bello inclinarit, eaque per multa sæcula sub barbara hac Tyrannide oppressa permanserit. DEVS tamen tam florens Regnum perire penitus non finens, liberatorem eius tam cruentis Barbarorum manibus eripuit, quem montium obicibus protectum conseruauit. Pelagius hic est, cui Hispania cuncta debet, suumque Camillum meritò potest appellare. A quo Catholici Reges, qui post eum in Hispania tantum cum omni laudum gloria regnarunt, originem ducunt. Cui iure meritò istud adscribemus elogium:

Non sine Dijs animosus Princeps.

Pela-



Anni 46

XPI

+

THEATRVM

Pelagius igitur Fafilæ à Vitissa fuste occisi filius, Cindasiunthi Regis Nepos diuina pietate præseruatus in Cantabria latebat, ex qua post cladem illam omnium maximam in Asturias venit. Aderat illi soror facie venusta & liberali, cuius amore captus Princeps quidam Christianus, Numatius nomine, sed Mauris foederatus, fratre eius Pelagio per legationem Cordubam vsque ad Musam ablegato, puellam violauit. Quam iniuriam Pelagius à Cordubensi legatione reuersus indignè ferens; ad interiora Asturiarum cum sorore se cõtulit, nihil magis quàm de vindictæ occasione capessenda cogitans. Sed meliori quàm Iulianus modo: is enim ob eandem prorsus rationem, similisque facinoris vindicandi stimulis agiratus, Hispaniam perdidit: hic perditam recuperare sollicitus, Christianos, qui bello superuerant, & circa vallem Canicem in montes altissimos confugerant, ibidem hostium metu latentes, facta spe auxilij diuini, ad audendum aliquid pro patria & Religione Christiana adhortabatur. Vnde alacres facti Pelagium communi omnium suffragio Ducem elegerunt, Regemque salutarunt.

717

Pelagius igitur hac electione Rex factus Hispaniæ primus post cladem, non Gothorum vt præcedentes, verum Legionis, quam urbem Mauris eripuit, & Asturiarum Rex dici voluit. Hic Gothorum insignibus relictis, Leone rubro in candido campo pro insignibus gentilitijs vsus fuit. Multa cum Mauris bella gessit,

tot

REGIVM.

47 Anni

XPI.

tot in dies oppida recuperans, vt Hispania, tot malis afflicta, aliquantulum inciperet respirare. Quod cum Tarica Rex quidam Maurorum, qui Cordubæ residebat, audisset, Alchaman supremum militiae Principem contra Pelagium destinauit. Cuius innumeris pænè copijs cum Pelagius parua suorū manu resistere posse diffideret, assumptis secum, quos strenuiores credebat, reliquis ad montium altitudines ire missis, in caueam quandam rupe inexpugnabili circūclusam se recepit. Hanc Arabes expugnare tentant: sed ecce diuinitus factum, vt iacula, & sagittæ in emittentes conuerterentur. Pelagius hanc DEI pro se stantis misericordiam animaduertens, ea magis vtendum ratus è spelunca cum exiguo suorum numero egressus, viginti pænè Barbarorum millia confecit. Magnam deinde post hanc victoriam Hispaniæ partem recuperauit, nihil intentatum, relinquens, vt Mauros quam longissimè pelleret. Generi sui Alfonsi Petri Cantabriæ Ducis filij (cui filiam suam Ermesindam in vxorem concesserat) auxilio multa oppida recepit. Denique post multas bellicas laudes, post res præclarè gestas, apud Canicas è vita migravit, bina ex se relicta prole, Fafilla nempè filio, qui post eum regnauit, & filia Ermesinda prædicti Alfonsi vxore.

Fafilla Patri Pelagio successit, qui parum, aut nihil 738 memoriæ dignum egit, & tam sancto Patre indignus pænè filius extitit. Venationi potius vacans, quam bella



A. vi 48
XPI.

THEATRVM

bella paterna prosequendo, afflictis Hispaniæ rebus succurrere intentus, ab vrso, quem insequabatur, dilaniatus perijt anno regni secundo.

738 Alfonsus cognomento Catholicus, Petri Cantabriæ Ducis filius, tertius post cladem Hispaniæ Rex, Pelagij gener, quo socero dignior erat quam Fasilla Patre. Hic Regnum Nauarræ magnamq; Hispaniæ partē, & Lusitaniæ oppida complura fugato Arabum præsidio recepit. In vrbe Legionē regiam sedem posuit, ingentes victorias contra Saracenos obtinuit. Plurima castra in Castella deuictis Barbaris expugnauit. Verè Catholicus Princeps, & hoc nomine dignissimus fuit. Arrianam sectam, quæ denuò in Hispania pullulabat, extirpauit: in eo gloriosissimum Principem Recaredum, à quo genus ducebat, Regē secutus, qui omnium primus perfidam hanc hæresim penitus rescidit. Ædes sacras omnes & templa à Mauris destructa reparauit, ijs ornamenta, & donaria attribuens. Vnde merito secundus post Maurorum irruptionem patriæ restaurator dici potuit. Tandem summa post se nominis & fame relicta gloria, è viuis migravit relictis filijs tribus Froila, Aurelio, Vimerano, qui postea à fratre Froila propter regni suspicionem occisus est, filiaque Egimida, quæ Silonis postea Regis vxor fuit: item Mauregato ex concubina.

757

Froila Alfonsi primogenitus filius post Patris obitum

REGIVM.

49 Anni
XPI.

tum Legionis Rex constituitur. Regnum Nauarræ cum vxore Moyna obtinuit. Vbi sibi rebellantes inuasit armatus. Quinquaginta quatuor millia Saracenum Galliciam infestantium cecidit, à quibus ditissima spolia consecutus, eos Cordubam egregiè mulctatos reuerti coëgit. Vitio crudelitatis notatus fuit, quod Vimarandum fratrem, quem Regno inhiare suspicabatur, sua manu occiderit. Sed facinus inultum non mansit: ipse enim vicissim à fratre Aurelio occiditur, relictis Veremundo, & Alfonso filijs.

Aurelius parricidio Regnum occupat, quo regante 768 serui contra dominos arma sumpserunt: sed hi Aurelij Regis industria, & prudentia non minùs in pristinam seruitutem rediguntur, ac in Sicilia à Fulvio & Rutilio Romanorum temporibus. Veremundum Vimarani à Froila fratre occisi filium, vt inuidiam periculumque declinaret, quasi verum regni hæredem, excludere nollet, in spem successionis adoptauit. Ab humanis excessit sine prole.

Sillo Alfonsi Catholici Regis per Egimandam siue 778 Odifindam filiam gener, depulso Veremundo Vimarani à Froila fratre occisi filio, ab Aurelio adoptato, Regnum inuasit. Hic pacem ignominiosam cum Arabibus firmavit, de qua tandem correptus, penitentia ductus, præclarissima contra Mauros bella gessit.

E

Galle-



Anni 50

THEATRVM

XPI. Galleciam rebellantem domuit. Denique prolis ex-
pers moritur.

783 Mauregatus Alfonsi Catholici ex pellice filius, fu-
gato Saracenorum auxilio Alfonso casto Froilæ Re-
gis filio, cui regnum Legionis & Asturiarum com-
muni omnium Magnatum suffragio delatum erat,
Hispaniæ regnum per summum nefas impiè & scele-
ratè occupat. Patri Alfonso dissimilis omnino fuit. Ille
enim viros probos & bonos amabat: hic sceleratis &
perditissimis hominibus coniunctissimus: ille vir-
+ tutum omnium amantissimus, hic nefarijs volu-
+ ptatibus, vitijsque deditus, Barbarorum auxilia tur-
+ pissimo pretio mercatus est: annuo nempe tributo
+ quinquaginta nobilium virginum, & totidem ple-
+ beiarum, tot enim singulis annis eorum libidini ex
+ pacto exposuit. Tributum simile illi, quod Ieremias
deplorabat, dicens: *Audite populi, & videte dolo-
rem meum. Virgines mea abierunt in captiuitatem
inimicorum suorum.* Item

Tum pendere pœnas

*Cecropida iussi, miserum, septena quotannis
Corpora natorum.*

Verùm hic sceleratus centena impijs impiè promisit.
Quapropter DEO & hominibus exosus, vitam mi-
serè finijt.

Vere-

REGIVM.

51 Annis
XPI.

Veremundus Vimarani filius, Alfonsi Catholici 788
nepos, post Mauregatum in regnum assumitur. Ex
vxore duos filios suscepit: Ramirum postea Regem,
& Garfiam. Princeps magnanimus fuit. Regnum po-
stea dimisit, & vxore abstinuit, quod sacros ordines
suscepisset. Quapropter Alfonsum, quem à Maure-
gato, Alfonsi Catholici notho, regno exutum supra
dictum est, & qui apud Nauarros ad quos confuge-
rat, latebat, consobrinum suum regni instituit succes-
sorem. Ipse secundum aliquos in religione piè mo-
ritur.

Alfonso secundus, dictus castus, Froilæ Regis fi- 791
lius Rex est. Vir castitate & pietate præcipuus cæli-
+ bem duxit vitam, aut vxorem intactam seruauit. Quo
regnante ingēs Arabum exercitus Duce Mugay Astu-
rias est ingressus, verum ab Alfonso egregiè fuit repul-
sus, septuaginta eorum millibus caesis. Ex huius sorore
Semena & Comite quodam Sañcio, vel, si alijs credi-
mus, ex Comite de Saldagna, inter quos furtiui erant
amores, natus fuit Bernardus Carpius, tot carmini-
bus in Hispania decantatus, famosissimus Bellator.
Alfonso Carolum magnum Imperatorem, Franco-
rum Regem, & Rolandum caterosque Duces, quos
Pares vocant, apud montes Pyrenæos in valle, quæ
Roncis vallis dicitur, deuicit. Regno deinde à suis exa-
ctus, breui à Theudo & sibi fidelissimis reuocatus,
E 2 regno-



Anni 52
XPI.

THEATRVM

regnorum culmini restituitur. Magnas templorum
+ fuit ædificator & dotator; quocirca ei DEVS tam
præclaras victorias est largitus: ita vt pristinam Go-
thorum gloriam penè iam extinctam ad hominum
admirationem reduxerit. Denique Rex pius, castus &
sobrius apud Ouetum moritur. Corpus in Ouetensi
Ecclesia, quam ipse fundauerat, cum omni honore
sepelitur.

823 Ramirus Veremundi Regis filius, quem ob ordines
sacros susceptos regno se abdicasse dictum est, Alfon-
so casto vita functo, Rex proclamatur. Cuius regnum
Comes quidam Nepotianus, dum ipse in Castella Vr-
racæ vxoris causa diutiùs moraretur, occupare tētavit:
sed hūc Ramirus prælio superatum, & captum in mo-
nasterio vitam finire cogit. Fratrem suum Garfiam tā-
to fuit amore prosecutus, ob singulares & raras eius
virtutes, vt cum regni consortem declarauerit, quod
pari cum illo potestate summa concordia administra-
uit. Cum Normannis, qui innumera classe Galleciæ
littoribus sese applicuerant, conflixit, quos altum ma-
re repetere coëgit, suis eorum copijs, ac septuaginta
+ nauibus incensis. Regni huius anno secundo Sara-
ceni centum virginum tributum, annuo ab impio
Mauregato ex pacto promissum, per Legatos petierūt.
Verum Ramirus cum Regni Proceribus tam indignis
pactis non standum ratus, Barbaris armatos milites,
virginibus penes se retentis, pro tributo misit, quibus
agrū

REGIVM.

53 Anni

XPI.

agrū eorum vastare cœpit. Sed his barbari cū copio-
sissimo exercitu occurrentes, Christianos primò die in
fugam verterunt: qui noctis beneficio mortis periculo
erepti, eam de rei euentu solliciti, & cogitabundi la-
chrymis & precibus transegerunt. Postero autem die
Rege (qui in somnis sacra visione confirmatus fue-
rat) iterum copias educente in aciem, tantam stragem
Christiani in hostes edidere, vt supra sexaginta Barba-
rorum millia cæsa referantur. In hoc prælio Diuus
Iacobus Hispaniæ Apostolus, albo vectus equo, ve-
xillum candidum cum cruce rubea præferens, omni-
bus conspicuus magnum hostibus terrorem incutiens,
dicitur apparuisse. A quo tempore pro militari tessera
Hispanis fuit Diui Iacobi preces ante conflictum exo-
rare. Post hæc Ramirus fato concessit. Ex Viraca vxore
religiosissima femina duos reliquit filios superstites,
Ordonium & Garfiam.

Anglia Insigne

Ordonius Ramiri optimi Principis filius Hispaniæ 831
gubernacula sumit. Hic Musam Principem Sara-
censorum Regnum infestantem deuicit: eiusdem
filium Lupum, qui Toleti Principatum obtinebat, tri-
butarium reddens. Qui operam vicissim Regi Ordo-
nio fidelem & strenuam contra Barbaros præstitit. Sa-
lamicam urbem recuperauit. Ordonius Oueti po-
dagra perijt, filios quinque superstites relinquens,
Alfonsum, Veremundum, Numium, Ordonium, &
Froilam. Quorum

E 3

Alfonfus



Anni 54
XPI.

THEATRVM

841 **A**lfonsus tertius Ordonij primogenitus (qui ob rerum gestarum magnitudinem & gloriam Magnus dictus fuit) patri successit, anno quarto decimo ætatis. Quam ætatem Froila despiciens fugato Alfonso Regnum inuasit. Verum is, quod tyrannidem exerceret, ab Hispanis Senatoribus occisus est. Quo sublato Alfonso ex Cantabria, quò exercitum comparaturus se receperat, reuersus, magno cum omnium plausu publicaque lætitia receptus est. Sed primam hanc coniurationem alia deinde excepit: Comite quodam Eilo Alabenses ad rebellionem incitante. Verum Comite in catenas coniecto, Alabenses subiugantur. Legionem urbem ab Arabibus acriter oppugnatam, & Conimbricam à Saracenis strictè obsessam sua virtute & consilio liberauit. Sæpiùs in Mauros militem deduxit: quos vt commodius debellare posset, cum Gallis fœdus coijt, ex quibus nobilissimam feminam Amelinam, postmodum Ximenam dictam, vxorem habuit. Ex spolijs Saracenis ademptis Ecclesiam D. Iacobi, quæ terrea erat, è lapidè construi, columnisq; marmoreis exornari iussit. Magnos thesauros in templa, & pauperes puro pietatis studio erogauit. Mauros Toletanos plurimis prælijs superatos contriuit, ope præcipuè Bernardi Carpenfis, qui omnibus hisce pugnis summa eum rerum gestarum laude interfuit: cui se postea Rex ingratum, & quodam modo crudelem videtur præbuisse. Is enim patrem Comitem Sancium in castro Lunæ vinculis

REGIVM.

55 Anni
XPI.

vinculis detentum paterna pietate liberari à Rege enixè petebat: sed Rex moram trahens in Comitis Sancij obitum, qui ei in carcere contigit, liberationem distulit, quem ita mortuum Bernardo remisit: qui patrem suum defunctum amarè deplorans, se ad Gallos ex Hispania recepit, à quibus magnificè cum omni honorum genere susceptus, eorum auxilio horrenda illa bella, quæ subsecuta sunt, Arabibus mouit. Fuit hic Bernardus vir maximis comparandus, sed fortuna virtuti defuit. Sed ad Alfonso reuertamur: qui filiorum insidijs infortunatus multum affligebatur, instigante eos Matre Ximena, quæ debito Regem maritum amore profecuta non est. Verum iam senio confectus, & mundanis sollicitudinibus molestisq; defungi cupiens, regnum Garciæ filio celsit, filiorum suorum Ordonij, Froilæ, & Gundisalui primogenito. Ipse autem vita benè & sanctè ad finem perducta, regnoq; cum gloria administrato, Zamorra è viuis decessit, regni sui anno quadragesimo sexto. Tempore huius Alfonso Cordubæ à Saracenis occupatæ Mahometem, quendam Miramolinum regnasse & obiisse referunt. Qui cum quodam die ad amœnissimum viridarium diuertisset, ait ad eum miles siue nobilis aulicus. O quæ dulcis, quam pulcher, sapidus, & delectabilis foret hic mundus, si homines non essent morituri! Ad quem Rex: Erras, inquit, grauitè; si enim nō esset mors, utiq; ego non regnassem. Ad quem tursus vir quidā sapiens, qui fortè aderat: Grauitè, inquit, erras ô Rex, dum idè

E 4 caram



Anni 56
XPI,

THEATRVM

caram habes mortem, quia tibi regnum attulit. Oderis, ergo mortem necesse est, quia tibi breui regnum auferet. Quare tu magis præ cæteris timere debes mortem, quia plura cæteris perditurus es per mortem. Adde, quod si dulce putas regnare, amarissimam puta & mortem, quæ ne regnes efficiet. Mihi igitur crede, ô Rex, mortem minus timet, qui minus delectationis, minusque terrenæ habet felicitatis. Mors enim quæque suauia spernit, odit alta fastigia, quæ diu stare non finit. Ad quæ Rex: Quid igitur regnare iuuat? At ille: Vt honore Rex solùm fruatur, & gloria, cui enim hæc non sufficiunt, Tyrannidem exercere, non regnare dicendus est, nec regnat, quem ratio non regit. Confabulationem hanc Barbari Regis ex Hispanis scriptoribus ad verbum desumptam, non solùm iucundam, verùm sapientissimam & Christianam prorsus doctrinam redolentem, hic inserendam iudicauit: qua Christiani Principes & Reges doceri possunt, quid regnare sit, quid imperare. Sed ad materiam veniamus.

387 Garfias Alfonsi primogenitus Patri regnum illi ultro cedenti subrogatur. Cuius virtutes imitatus contra Arabes in expeditionem profectus, eos graui damno affecit, dirisque incursionibus afflixit, breuissimo tempore præclarissima bella conficiens. Ayolam eorum Regem cepit, eidemque detracta spolia Ouetensis Ecclesiæ tholo suspendit: in qua post mortem sepeliri voluit, quæ illi tertio regni sui anno, nullo relicto

REGIVM.

relicto filio, contigit. Vndè

57 Anni
XPI.

Ordonius secundus post fratrem Garfiam regnat. 890
Galleciæ Praefectus à patre constitutus, totam ferè Lusitaniam vastauit, quæ Saracenis suberat. Diuersa cum ijs bella acriter gessit, & victorias obtinuit, Principemque exercitus Regis Cordubæ bello cepit. Prudens & sagax admodum fuit: verùm regias virtutes immoderata vindictæ cupiditate parumper obscurauit. Hic enim quatuor Castellæ Comites (per quos Castellatum, vt Prouincia, administrabatur, & Legionis & Asturiarum Regibus feudataria suberat) ad se vocatos, fides licet publica, regiaque interposita foret, in carcere iussit trucidari, quod ad bellum vocati non paruissent. Vndè factum est, vt Prouincia Castellæ à Legionensium Regum imperio se subtraheret, Iudicesque de Nobilioribus Castellanis eligeret: à quibus Castellæ Reges, qui postea regnarunt, in ea genus ducunt.

Froila eo nomine secundus, Ordonij fratris filios 898
exclisit, Principatum in se transtulit, quo tamen, vt fraude quæsito, diu frui non potuit. Nihil egit memoria dignum. Nonnullos è prima nobilitate viros iniquè occidit. Tandem lepra percussus inglorius obiit, post annum regni sui primum, relictis ex vxore sua Muninadonia filiis Alfonso, Ramiro, Ordonio, & secundum alios Froila.

Alfonfus



Anni 58
XPI.

T H E A T R V M

899 *Alfonfus quartus, quem aliqui Ordonij, cæteri Froi-
læ filium faciunt, Regnum sibi ab Aulæ Proceribus
delatum accepit. Quod cum annos quinque & men-
ses septem administrasset, Ramiro fratri dimisit: ipse
monasterium ingreditur. Sed facti poenitentia ductus,
Regnum, quo cesserat, à fratre repetijt. Vndè à fratre
captus effossis oculis luce priuatur, Ordonio eius filio
cognomento Malo superstite.*

905 *Ramirus secundus, Alfonso fratre oculis orbo,
Regnum obtinet. Sed corum, quæ in fratrem impiè
commiserat, poenitens, monasterium non procul à
Legione condidit, domicilium amplissimum fratri
futurum, in quo illi omnia necessaria, suæque regni
dignitati conuenientia, abundantissimè suppeditauit,
& mortuum honorificè sepeliri iussit. Hic Madritium
cepit & muris nudauit. Magna apud Osnam Ciuita-
tem (Ferdinando Gondifalico Castellæ Comiti, viro
bellicis artibus clarissimo, qui que Castellam à Legio-
nensi in feudum tenebat, sociatus) contra Arabes vi-
ctoria est potitus: maiori item apud Simancas octo-
ginta millibus eorum interfectis, & Abenayro Cæsar-
augustæ Rege viuo capto. Tandem tot bellis feliciter
confectis, ad pietatem conuersus, monasteria aliquot
condidit. Deinde Ouetum profectus in morbum in-
cidit, vndè Legionem delatus, fatum instare videns, in
hæc verba cum lachrymis prorupit: Nudus egressus
sum*

R E G I V M.

59 Anni
XPI.

*sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, &
mox animam reddidit, duos relinquens filios, Ordo-
nium & Sanctium.*

*Ordonius tertius, Ramiri Regis filius primogeni- 924
tus, mortuo patre regno potitur. Quem frater iunior
Sanctius auxilio Garciæ Nauarræ Regis auunculi sui,
& Ferdinandi Gundissalui Castellani Comitis (cuius
tamen filiam Vrracam Ordonius in vxorem habebat,
& ex ea filium nomine Veremundum susceperat) re-
gno pellere tentauit. Ob quam causam Vrracam eius-
dem Ferdinandi Comitis filiam Ordonius dimisit,
aliamque duxit: ex qua secundum aliquos, & non ex
Vrraca Veremundum, podagricum postea dictum, ge-
nerasse perhibetur. Ordonius fratrem Sanctium &
Gallicos, qui fratris causæ fauere videbantur, bello su-
perauit. Denique Castellæ Comiti reconciliatus mo-
ritur, relicto filio Veremundo prædicto. Sequitur hic
Ordonius quartus, cognomento Malus, Alfonsi quar-
ti à fratre Ramiro excæcati filius, qui à quibusdam in
Hispaniæ Regum catalogo ponitur: sed cum regnum
per vim occupatum, crudeliter & violentè administra-
ret, indignus iudicatus fuit, cui anni & tempora attri-
buerentur. Vrracam Castellæ Comitis filiam ab Or-
donio tertio repudiatam vxorem duxit: ad quem Co-
mitem socerum Ordonius, Sanctium cum exercitu
aduenientem fugiens, pro auxilio impetrando se re-
cepit. Verum Comes generi ignauia & crudelitate
perspecta,*



Anni
XPI. 60

THEATRVM

perspecta, filia Vrraca adempta, finibus eum suis exclusit, qui demum à Sanctio apud Cordubam eius Regis auxilio occisus est. Huic nulli dantur anni, quorum hic magnam in Hispanis Scriptoribus varietatem inueni, quocirca de annorum numeri certitudine nihil ausim affirmare. Italus quoque Auctor, quem in omnibus ferè sequor, hunc quoque in Regum catalogo omittit.

929 Sanctius Ordonij tertij frater, Ramiri secundi filius, post fratrem Rex est, nominatus Crassus ob enormem pinguedinem. Verum ex quorundam consilio cum Abderamene Rege Cordubæ, qui medicorum copiam penes se in Aula habebat, pacem fecit, eumque accedens magnificè suscipitur, & antidoto cuiusdam herbæ ab iisdem medicis in eum vsu præparato, à pinguedinis grauitate liberatus agilitati restituitur. Sed dum Sanctius apud Regem Cordubæ moram trahe- ret, Fernandus Castellæ Comes, & Magnates Ordo- nium Malum, de quo supra, in Regem eligunt. Verum is à Sanctio auxilio Regis Cordubæ fugatus & occisus est. Hoc ferme tempore Rex Castellam Legionensi- bus subditam, propter æs alienum, cui ipse soluendo non erat, ex foedere liberam declarauit; vnde Ferdi- nandus Gundisaluus primus liber Castellæ Comes dicitur fuisse. Sanctius à quodam Gundisaluo viro pri- mario, qui rebellionem mouerat, sed in gratiam à Re- ge receptus fuerat, homine impuro, diuini & humani
iuris

REGIVM.

61 Anni
XPI.

iuris oblito, veneno pulcherrimo pomo immisto, in itinere Legionensi necatur, relicto filio vnico regni hærede. Princeps pius & religiosus fuit.

Ramirus tertius, patre Sanctio veneno extincto, 941
quinque annorum puer Rex est. Verum ex matris pru- dentissimæ feminæ consilio & auctoritate cuncta ad- ministrabantur. Hæc pacem cum Rege Cordubæ à marito factam cõfirmavit. Rege adolescentiam adhuc agente, ingens Normannorum multitudo Galleciæ littoribus appulit: qui mira crudelitate cuncta depopulabantur, verum hi Gundisalui nobilissimi Castellæ Comitis virtute, nauigijs primū eorum incensis, mira- biliter prostrati, fugatique fuere. Ramirus anno ætatis decimo nono, Regni verò decimo quarto, Vrracam duxit vxorem: ac deinde per ætatem insolentior factus, matris suæ & amitæ salutaribus spretis consilijs, vitam lasciuam ducens, regni Magnates tam acriter in te exacerbauit, vt Veremundum Ordonij tertij fi- lium in Vrbe Compostellæ Regem crearent. Ex quo Ramirus de vita lubrica, quasi de somno, sur- gens alacrior & vigilantior factus, Veremundo ad se properanti, cum valido exercitu obuiam progred- ditur. Sed prælio commisso æquo Marte certatum & discessum est, non tamen sine vtriusque partis gra- uissima cæde. Tandem Ramirus obiit apud Legio- nem, nullis ex se relictis liberis. Regnante Ramiro tertio mortuus est fortunatissimus nobilissimusque
F Comes



Anni 62

THEATRVM

XPI. Comes Ferdinandus Gundifaluus siue Gunfalus, tot victorijs contra Mauros clarus: in cuius locum substituitur Garsias filius.

962 Veremundus Podagricus eo nomine secundus, Ordini tertij filius, affectato armis regno potitus est. Plurima contra Saracenos bella gessit, quos adiuuante Garsia, Fernandi Castellæ Comite, viriliter pugnans egregiè deuicit. Verùm postea Arabes maioribus copijs reuersi, Legionem recentibus viribus obsessam occuparunt, murisque nudarunt. Post hæc Almanfor eorum Rex Compostellanam Ecclesiam diripuit: sed locum, qui Diui Iacobi Apostoli corpore exornatur, violare non valuit, fulmine territus, grauique cum suis infirmitate correptus. Denique Almanfori Veremundus & Comes Garsias tantum intulere bellum & cladem, ut animi dolore confectus paulo post è vita decesserit. Verùm hæc victoria Regi plurimum obfuit, qui ex ea insolentior factus, superbè nimis & crudeliter erga cunctos se gessit: ob quam causam DEVS maxima siccitate, rei que frumentariæ angustia Hispaniam puniuit. Vnde

+ *Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi,*

Tandem Veremundus podagra, qua grauius torquebatur, extinguitur, hac pœnitentia præcedentium peccatorum labem expians. Ex prima vxore filium reliquit

REGIVM.

63 Anni
XPI.

reliquit Alfonso, ex secunda filiam Tereciam.

Alfonso quintus patri Veremundo in regno successit. Hic adolescens prauorum quorundam secutus consilium, Theresiam sororem insignis pudicitiae & Religionis feminam, Abdalæ Saracenorum apud Toletum Regi nuptum dedit. Hoc Rex bono quidem zelo fecerat, pactus nempe sororis connubio barbari Regis auxilium, contra Regem Cordubæ infestissimū Hispani nominis hostem. Verùm Theresia, ut que virgo erat castissima, infideles nuptias abhorrens, intacta a barbaro marito, eam ob causam graui infirmitate percusso, magna auri copia pretiosisque onusta vestibus, ad fratrem reuertitur, quæ monasterium ingressa vitam cælibem in posterum duxit: non impar sanè + Corneliæ Scipionis filiae, femine cunctis sæculis commendata, quæ Ptolomæi Aegyptiorum Regis nuptias spreuit, quia barbaræ Religionis erat, & sectæ. Alfonso ciuitatem Legionensem, quam supra ab Arabibus destructam, murisque nudatam fuisse dictum est, instaurauit: Regumque defunctorum corpora, hostium metu in montes asportata, Legionem referri iussit: Anno regni vigesimo sexto cum Vileum in Portugallia oppidum, quod à Mauris tenebatur, oppugnet, telo lethaliter ictus interijt: Ex vxore reliquit filium Veremundum Regni heredem, & Sanctiam Garsiae, aut, ut alij, Sanctio secundi Castellæ Comitis (qui omni belli gloria clarissimus obierat) filio despon-



Anni 64

THEATRVM

XPI. desponsatam prius. Sed hic dum ad Veremundum Regem, vt Sanctiam eiusdem Regis sororem vxorem duceret, proficiscitur, à Comitis cuiusdã filijs, quem Ferdinandus Castellæ Comes ob insolentias Principatu suo expulerat, occiditur. Vndè Sanctius dictus Maior Aragoniæ & Nauarræ Rex hanc Sanctiam Garfiæ trucidati sponsam filio suo Ferdinando vxorem obtinuit.

1005 Veremundus hoc nomine tertius, Alfonso Patre ante Viseum à Saracenis occiso Rex est. Sed hic orta inter eum & Ferdinandum Sanctiæ sororis maritum dissensione (vndè in apertum Martem vterque prorupit) in acie apud Carionem oppidum cecidit, anno Imperij decimo, nullo ex se relicto filio. Princeps bonus, & amator pacis erat, bella semper, quorum dubium perhorrebat exitum, quantum poterat cuitans.

1015 Ferdinandus igitur huius nominis primus, occiso in prælio Veremundo, vxoris causa, quæ occisi Regis erat soror, Legionis regnum adipiscitur. Castellam quoque post matris suæ Eluiræ vltimi Castellæ Comitis filia obitum obtinuit, qua de causa secundus Castellæ Rex vocatus est: pater enim Sanctius Maior, qui eam post soceri Comitis mortem vxoris nomine possederat, non Comes sed Rex Castellæ dici voluit. Rex optimus fuit DEI quæ comprimis timens, bellicosissimus item, vt ferè pietas ac fortitudo iunguntur, vndè Mauris semper infestus nunquam bello

REGIVM.

65 Anni

XPI. bello illis inferendo abstinuit. Magnam Portugalliæ partem & Conimbricam urbem præclaram sibi subiecit. Viseum Portugalliæ oppidum obsedit, & cepit, captumque militibus diripiendum dedit, in quo sagittarium illum, qui socerum suum Alfonso, vt supra memoratū est, ictu sagittæ interfecerat, inuentum oculis, manibus, & pedibus iussit mutilari. Regem quoque Toletanum tributum sibi pendere coëgit. Denique tantam Hispaniæ vltioris partem tam à Mauris recuperatam, quam hæreditario iure acquisitam possedit, vt Hispaniæ Monarcha appellaretur, Magnique Ferdinandi nomē apud omnes meritis fuerit. Quibus omnibus gloriosissime confectis, iam senex inualetudine tentari coëpit, quare Legionem iubet se abduci, vbi diem vltimum instare videns, ad DOMINVM voce clara Rex pius clamabat identidem: Tua est potentia, tuum est regnum DOMINE, tu es super omnes Reges, tuo imperio omnia sunt subiecta, quod te donante accepi, restituo tibi regnum, tantum animam meam in æterna luce iubeas collocari. Et his dictis indutus cilicio, & conspersus cinere, duobus diebus in poenitentia & lachrymis supervixit, tertio die felicissima morte extinctus est, anno regni quadragesimo. Filios tres ex Sanctia vxore præstantissima femina superstites reliquit: Sanctium, Alfonso, Garfiam, & filias duas Vrracam & Geloiram. His viuens partem regni vnicuique suam assignauit, & sic Castellæ regnum à Legionensi (quod in illo



Anni 66
XPI.
+
Magi

T H E A T R V M

illo coniunctum fuerat) diuisum est. Tempore huius
Ferdinandi vixit æternis victorijs clarus Rodericus de
Biuar, cognomento Cidus, Campiator quoque dictus,
qui Valentiam urbem validam Mauris eripuit. Hic
tantus bello fuit, quoad vixit, tamque Saracenis suo
aspectu terribilis, vt ij, qui post mortem audaciores fa-
cti Valentiam recuperarant, infesta acie vltcrius pro-
gredientes, sola Cidi Campiatoris cadaueris, equo à suis
impositi, specie territi in fugam versi fuerint. Si quis
autem tanti Ducis innumeras virtutes, & bellicas lau-
des scire cupit, Hispanos Scriptorum legat. Originem
duxit ab antiquis & Illustribus Castellæ Comitibus,
sicut & Mendosiæ Domus Equites illustrissimi.

1055 Sanctius secundus, Ferdinandi Magni filiorum
primogenitus, Castellæ Rex fuit, ea Hispaniæ parte illi
à Patre assignata. Verum hanc Regnorum diuisionem
non ferens, Alfonso fratrem, qui Legionem à Patre
acceperat, regno expulsus ad Habalmonem Mau-
rum Toleti Regem confugere compulit, à quo ma-
gnificè receptus est. Nec hoc contentus, fratri Garfiæ,
cui Gallecia, & magna Portugalliæ pars cesserat, item
& sororibus bellum intulit. Verum execranda hæc
regnandi cupiditas sua non caruit vindicta. Dum
enim Zamoram, in qua soror Vrraca erat, militari
corona premeret, à quodam Vellido, qui simulata fu-
ga ad regem se contulerat, venabulo trucidatus est,
nulla relicta prole. Vndè

Alfonso

R E G I V M.

67 Anni
XPI.

Alfonso huius nominis sextus Rex Legionis, à Ma- 1061
gnatibus & Populo ab exilio (quod Toleti apud Ha-
balmonem Regem agebat) ad Regni Castellæ & Le-
gionis successionem reuocatus est, & hoc modo rur-
sus duo hæc Regna coniuncta fuere. Toletum urbem
præclaram (Habalmone filioque mortuis, quibus se
æterna amicitia deuouerat, nec vnquam bellum illis
illaturum iureiurando affirmauerat, ne ius hospitij
violaret) post longam & difficilem obsidionem expu-
gnauit, eamque Christianis incolendam reddidit. Cō-
tra Mauros, qui magnis copijs è Carthagine profecti
Hispaniam vltcriorem vastabant, septem Comitibus
Regem cōmitantibus, exercitum duxit, quibus omni-
bus in pugna ad vnum cæsis, egrè barbaras manus ipse
Rex effugere potuit. Causa verò insignis huius calami-
tatis fuisse dicitur: quod milites Maurorum balneis
Toleti constitutis nimium in mollitiem versi, luxuriæ
plus solito vacarent. Quamobrem Rex eiusmodi deli-
tiarum illecebris amotis, hastiludia, torneamenta, &
similia exercitia bellica indixit, quibus militum ani-
mos ad pristinam virtutem & seueritatem accendit.
Annibale profectò sapientior, cuius milites ob vnam
hiemem Capuæ lubricè peractam, effeminati, effocti-
que reddebantur, cui malo cum nullum cautus alio-
qui Dux remedium adhiberet, effecit, vt Italiæ Impe-
rium & Orbis amitteret. Verum Scipionem Cōsulem
potius secutus, qui fugatis à castris duobus scortorum
milli-

F 4



Anni
XPI 68

THEATRVM

millibus bellicosam deleuit Numantiam. Demum Alfonso senio confectus, anno regni quadragesimo tertio, fatis concessit, nullo relicto filio: verum deterioris sexus prole quina. Inter cæteras Vrraca fuit, quæ Raymundo Berengario Tolosati Comiti nupsit. Siue secundum alios, Raymundo Henrici Bisuntini fratri. Sed vidua facta (filio tamen Alfonso ex eo suscepto, qui & postea Rex fuit) Alfonso Aragonum Regis vxor exstitit. Item Taresia quæ Henrico Lotharingie Comiti nupsit, illa parte Galleciæ, quæ Portugallia appellatur, in dotem à patre accepta. Cuius filius Alfonso expugnata Vlyssipona, & quinque Maurorum Regibus vno prælio superatis (vnde quinque scutorum insigne facti monumentum posteris reliquit) primus Portugallia Rex factus, tot clarissimorum Regum, qui post eum in Portugallia tanta cum laude tantaque cum rerum gestarum gloria regnarunt, initium dedit.

1104 Alfonso appellationis huius septimus Aragoniæ Rex, Alfonso sexto, socero suo mortuo, Vrracæ vxoris iure Castellæ Legionisque Regnum obtinuit. Saracenos magnis comparatis exercitibus à Cæsaraugusta, alijsque locis Aragoniæ quamplurimis eiecit. Scipionis Numantiam, Soriam vocat, restaurauit. Bellum quoque cum Alfonso Vrracæ vxoris ex Comite Raymundo Berengario filio gessit, sed Gallecis pro eo pugnantibus regnum illi Castellæ vtrò cessit. In Frage oppidi oppugnatione occisus, nec mortuus, nec viuus apparuit.

Alfonso

REGIVM.

69 Anni
XPI.

Alfonso octauus, Alfonso sexti ex Vrraca filia nepos, Comitis Raymundi Berengarij filius, cedente Alfonso septimo Aragoniæ Rege, matris in secundis nuptijs marito, Castellam & Legionem, ab expeditione Hierosolymitana rediens, Hispaniæ regnum suscepit. Princeps hic bonus & strenuus fuit, multaque virtute præditus. Plurima oppida magnasque prouincias suo subiecit imperio: ita vt multi Saracenorum Satrapæ ei seruirent tributo, eiusque ad Curias vocati venirent. Calatrauam expugnauit, Cordubam magno validoque exercitu obsedit, eamque (Mauris clauis ad eum deferentibus) obtinuit. Aragoniam feudatariam sibi reddidit. Denique Principatum à Mari Oceano vsque ad mare Mediterraneum solus tenuit, vnde Hispaniarum Imperator appellari voluit. Iustitiæ amantissimus fuit: ita vt potentem militem, qui rustici cuiusdam bona inuaserat, ad restitutionem coegerit: verum cum miles rustico mortis minas intulisset, militem illico se præsentente suspendi mandauit. Quo facinore multi perterriti à rapinis abstinuerunt. Regem Franciæ Ludouicum septimum generum suum per Beatricem filiam Toleti augusti apparatu recepit; ibique habitis Comitibus generalibus, tam numerosa fidelium, & infidelium est collecta Nobilitas, vt Rex Francorum diceret, in Orbe non esse similem Regis Aulam. Regna Castellæ & Legionis, quæ sub Alfonso sexto rursus vnita fuerant, iterum separauit; Sanctio filio Castellam, Ferdinando vero



Anni 70

XPI

+

THEATRVM

verò Legionem tribuens. Tandem ager sub arbore quadam ad Baesam extinctus est.

1157 Sanctius tertius, Alfonsi Hispaniarum Imperatoris filius primogenitus, Castellæ Regnum per paternam diuisionem obtinuit. Hic Desideratus dictus fuit, quod immatura morte (post primum nempe annum ex quo regnare cœperat, terræ sanctæ bellum parans) eriperetur. Vnde ob egregias, quæ in illo erant, virtutes, & iustitiam, quam illæsam seruari mandabat, omnibus desideratus obierat. Cum Ferdinando fratre Legionensium Rege bellum gessit, quem captum regno suo restituit fraterna pietate motus. Ex Blanca Garisæ Nauarræ Regis filia Alfonso sustulit, quem puerum regnorum reliquit hæredem. Hic Sanctius militum Ordinem de Calatraua circa Toletum instituit, qui postea nauata contra Barbaros insigniter opera, clarissimus euasit. Inter hunc Sanctium & Alfonso nonnum nonnulli Ferdinandum huius quasi nominis secundum ponunt Legionis Regem, Alfonsi Imperatoris filium huiusue Sanctij fratrem: verum ego Regum Castellæ ordinem sequens, ad Alfonso nonum transeo.

1159 Alfonso itaque nonus cognomento Bonus, patre Sanctio mortuo, inter ipsos infantia vagitus regnare cœpit. A patruo Ferdinando Legionensium Rege bello petitus, qui pueri Regno inhiabat, à Comitibus de Lara viris strenuissimis egregiè defensus fuit. Adultus omnium

REGIVM.

71 Anni

XPI.

omnium Princeps euasit clarissimus, Mauris continuis bellis infestus. Semel à Saracenis apud locum Alarcos prælio deuictus, superatus fuit. Verum instaurato prælio cum Arabum Duce Miramomelino iterum congressus, tantam edidit stragem, vt in Hispania negent visam maiorem. In eo enim conflictu ducenta Maurorum millia referunt cecidisse. Gloriosissimæ Crucis auxilio, quæ illi in pugna apparuisse creditur, tantam contra ipsos inuictissimæ Crucis hostes victoriam adeptus est. Famossissima hæc pugna dicta fuit à posteris, prælium de nauibus Tolosæ. Illustrissimorum Equitum Sancti Iacobi de Spata Ordinem instituit, opibusque ingentibus ditauit. Horum insigne est gladius sanguinolentus, quod durante prælio sanctus Apostolus Iacobus per aërem vectus, gladium Maurorum sanguine cruentatum gestare conspectus sit. Omnium Regum primus castrum aureum in campo rubeo, eò quod magno illo prælio victor euaserat, insignibus suis inseruisse perhibetur. Vir tantæ patientiæ & longanimitatis fuit, vt Alfonso Bonus passim ab omnibus diceretur. Cum iuuenis quidam Nobilis, sed moribus non satis ornatus, Præturam à Rege peteret, Rex ætatem illi impedimento esse dicebat. Cui iuuenis liberior, quam modestior: Quid tu igitur Rex ab incunabulis regnare cœpisti? Risit Rex iuuenis libertatem & facetiam, eumque dimittens armis & equo donauit. Sub hoc Rege floruit in Hispania sanctus Dominicus Prædicatorum Ordinis institutor: vt eodem tempore



Anni 72
XPI

T H E A T R V M

tempore præclarissimum Sanctum præclarissimumq; Regem adepta sit Hispania. Denique Alfonso cum omnium, & vniuersorum subditorum dolore & lacrymis ad superos migravit. Ex Leonora Henrici Angliæ Regis filia Henricum Regni hæredem reliquit filium, & filias plurimas, inter alias Berengariam, quæ iuncta fuit Alfonso Legionis Regi. Hic rursus Hispani Scriptores Alfonso Ferdinandi Legionis Regis filium ponunt, quem nonum eius nominis vocant, cum tamen decimus esset. Ratio autem, cur numero differant, hæc est. quod Alfonso, qui per uxorem Vracam Alfonso sexti filiam Regnum Castellæ ad tempus obtinuit (quod postea, vt supra dictum est, vxoris filio Alfonso octauo cessit) tanquam Regem Aragoniæ, è Regum Castellæ catalogo omittant, quem nos tamen, vt qui Castellam obtinuerit, eorundem catalogo inseruimus. Ferdinandum quoque huius Alfonso patrem, quem eius nominis secundum faciunt, post Sanctium tertium Castellæ Regum ordini inscribunt. Verùm cum Castellam non habuerit, ego Italum secutus, eo omisso ad Alfonso nonum transiui; quem admodum & hic eiusdem Ferdinandi Legionis Regis filio Alfonso, qui nec ipse Castellam habuit, relicto, ad Henricum Alfonso noni filium venio.

1214 + Henricus ergo Alfonso noni filius ex Leonora Henrici Angliæ Regis filia, admodum adolescens Castellæ Rex salutatur. Verùm cum per ætatem regno nõdum aptus

R E G I V M.

73 Anni
XPI.

aptus foret, penes sororem Berengariam sapientissimam Heroinam, Alfonso Legionis Regis uxorem, regni administratio fuit. Sed hic biennio post cum Nobilibus pueris ludens, minus proinde custoditus, tegula fortè in caput excepta vulneratus, apud Palentiam obiit sine liberis. Qua de causa

Ferdinandus (quem Hispani quidem ob auum eiusdem nominis in Castellæ Regum catalogo positum tertium vocant, nos autem ob causam superius relatam, auo ex catalogo omisso, Castellæ Regum eius nominis secundum vocamus) Alfonso Legionis Regis filius, Ferdinandi nepos, auunculo Henrico matris suæ Berengariæ fratri, in Regnum Castellæ, quod proximus hæres esset, successit. Hic Castellam Legioni perpetuò sociavit, nec vnquam postmodum separate fuerunt, verùm coniunctæ in hunc vsq; diem remanentes, præclarissimo Christianissimoque Regi Philippo quarto parent. Omnium Hispaniæ Regum felicissimus & potentissimus fuit, quippe qui post maximas & inauditas clades Mauris illatas, Hispaniam ferè totam Christianis restituit. Hispalim urbem præclaram expugnauit, Cordubam, Baticam, & totam Vandaliam, vulgò Andalusiam, suo Imperio subiecit. Regem Granatæ (in quo angulo Mauros omnes conclusit) qui solus ex tot barbaris Regibus, qui in Hispania tyrannidem exercuerant, expugnandus restabat, tributarium sibi reddidit: atque ex pacto in diem mille mora-

2, 1 et
alij 33

G



Anni 74
XPI.

THEATRVM

morabetinos aureos (quod genus est nummi) persol-
nere, ad curias, seu conuentus regios cum vocaretur
venire, trecentos equites contra Mauros mittere coë-
git. Denique quicquid funesta illa clade à Roderico
Rege perditum fuit, mira felicitate ferè recuperauit.
Huius quoque Ferdinandi copijs Iacobus Arago-
num Rex adiutus & auctus, Insulas Baleares, vulgò
Maioricam & Minoricam, eiectis ex ijsdem Sarace-
+ nis, expugnauit. Regnante Ferdinando memorabile
prodigium ad Iudæorum infringendam pertinaciam
accidisse fertur. Nam cum apud Toletum Iudæus
quidam in vinea sua ingentis magnitudinis rupem
comminuisset, concauitas in medio inuenta est, &
in ea liber ligneis compactus tabulis, tribus linguis,
Hebræa, Græca, & Latina conscriptus. De triplici
mundo ab Adam ad vsque Orbis exitium differebat.
Exordium verò libri tertij à Christo ducebatur hisce
verbis: In tertio mundo Filius DEI nascetur in
mundo ex Virgine Maria, patieturque pro salute
hominum. Vndè Iudæus commotus cum tota fa-
milia sacro fonte renatus est. In calce, liber ipse
Ferdinandi Regis tempore inueniendus dicebatur.
Sæua pestiferaque illa dissensio Gebellinorum, qui
Imperio, & Guelforum qui Ecclesiæ fauebant, hoc
tempore orta est, quæ postmodum tanta Italiæ
vulnera inflixit, eamque tanto sanguine cruenta-
uit. Fuit hic Ferdinandus Princeps verè magnus;
armis exercitatus, laborum bellicorum patientissimus,
quique

REGIVM.

75 Anni
XPI.

quique toto ferè vitæ tempore bellis, Infidelibus sine
intermissione inferendis, indefessus vacaret. Sæpè
enim totius ferè Africæ Mauri in Hispaniam transfre-
tarunt, quos mirabiliter fregit, eorumque diuina ope
victor euasit. Quibus victorijs non animo elatus, +
verum submissior factus, in illud propheticum sæpè
erupit: DOMINVS mihi adiutor. Quod Catholicis
nostris Hispaniæ Regibus, vt Christianissimis & pijs-
simis Principibus, hodie in ore semper, & vbique
sonat. Ferdinandus hic secundus à Demetrio Polior-
chetes dici potest, nullam enim urbem, quam obse-
derit, non expugnauit. Verum maiori cum gloria,
nam Asiaticus ille Rex cunctas sua Ε'λε'ρο'λα' supera-
bat vrbes, hic verò noster auxilio diuino. Laudatissi-
mum in hoc Rege illud quoque, ac memoria dignum
inuenitur: quod inter tot ex partis victorijs trium-
phos, inter palatiorum Regionum splendorem, &
honorum culmina, DEVM timuerit, Ecclesiam
coluerit, & inter tantam diuitiarum & opum af-
fluentiam, quæ homines plerumque corrumpunt,
cunctarum virtutum exercitia non deseruerit. Quam-
obrem post tot pro fide Christiana susceptos labores,
ad æternæ vitæ præmium à DEO vocatus, piam ani-
mam Creatori suo circa Hispalim placidè reddidit: ve-
rùm cum tam vberibus fidelium subditorum lachry-
mis, vt passim per totam Hispaniam tanti Principis +
mortem deplorantium illæ voces exaudirentur: O
utinam talis Princeps, aut non nasceretur, aut non
more-



Anni 76
XPI.

THEATRVM

moreretur. Cæteros inter filios Alfonsum & Hæricum hunc fratri infensum Romæ Senatorē, illum regnorum hæredem & successorem reliquit, ex Brabantia Ducis filia genitos. Vndè illud Virgilianum nonnihil inflexum non ineptè hic dici posset:

magnam
Partem opere in tanto validus Brabantus habebat.

Sub hoc Rege Antonium de Padua è Lusitania oriundum, Ordinis Minorum sanctissimum virum, multifque virtutibus illustrem vixisse constat.

1252 Alfonsus decimus patri in Regno successit. Hic ob singularem prudentiam & omnium rerum scientiam sapiens dictus fuit, tanto patre verè dignus filius. Liberalissimum & munificentissimum se cunctis ostendit. Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano Ægypti captum suo ære redemit. Pauperes omnes, qui in regno suo erant, vestibus viritim donauit. Portugalliam, quæ Castellæ suberat, à tributo immunem fecit, idque in gratiam Alfonsi Regis, qui Beatricem filiam suam illegitimè natam vxorem habebat, cui & Algarbium in dotem dedit, vndè Portugallia Reges Algarbi quoque Reges dicti fuere. Murciam ab Arabibus recepit, quæ in fide eius postea semper permansit: quamobrem ei priuilegium concessit, vt in testimonium singularis fidelitatis

REGIVM.

77 Anni
XPI.

litatis septem coronas in insignibus deferret. Ferdinādo de la Cerda filio (ex quo Duces de la Cerda originem trahunt) Blancam S. Ludouici Francorum Regis filiam vxorem impetrauit, cuiusque solennissimas nuptias apud Ciuitatem Burgensem magna cum pompa celebrauit. His interfuisse narrantur plerique illustriores Orbis Principes, videlicet decem Regum filij, quorum primus Philippus Sancti Ludouici filius, Francia primogenitus, sponsæ frater, Eduardus inde, & ipse Angliæ primogenitus, item Petrus primogenitus Aragoniæ cum Sanctio fratre: insuper Fredericus, Emanuel, & Philippus Infantes, Alfonsi Regis fratres, Sanctius, item Petrus, & Iohannes Infantes eiusdem Alfonsi filij, Sponsi fratres, & ipse Ferdinandus sponsus, qui vndecimus Regis filius erat, pater item Rex Alfonsus. Denique tantam aiunt omnis generis congregatam ibidem Nobilitatem, quantam alias à multis sæculis conuenisse negant. Post has nuptias Alfonsus Germanorum Imperator à Germaniæ Principibus electus est, Imperiumque illi vltro, summo Pontifice suaudente, oblatum. Ad quod in Germaniam profectus est, ex qua rediens domestica turbata intellexit. Mauri enim Xericium oppidum, quod ipse expugnauerat, recuperarant, magnaque Baticæ Prouinciæ damna intulerant. Ferdinandum quoque de la Cerda filium natu maiorem mortuum inuenit, & Sanctium filium secundo loco genitum armatum,

Bourgeois



Anni 78

T H E A T R V M

XPI. tum, quasi patrem Regno excludere tentaret. Vnde & apud Hispalim ex animi dolore decessit.

1284 Sanctius quartus, patre Alfonso decimo, & Ferdinando de la Cerda fratre primogenito mortuis, Regnū Hispaniæ suscepit, non sine aliqua Principatus per vim occupati nota, quod patri ex Germania redeunti obuiam armatus processerat, sui que primogeniti fratris Ferdinandi de la Cerda filium Alfonso Regno excluderet, ad quem Castella magis pertinere videbatur, quod Alfonso decimi primogeniti filij filius esset, cum Sanctius eiusdem Alfonso decimi solummodo filius secundo loco natus foret. Hanc tamen notam suis virtutibus & ingentibus meritis, quibus postea claruit, deleuit. Strenuus & animosus fuit, eiusque arma cum magnis suorum cladibus Mauri sensere. Inter cetera Tarifam oppidum fortissimum longam post difficilemque obsidionem à Mauris recuperavit. Regem quoque Fessanum siue de Fez, qui numerosa classe in Hispaniam traiecerat, singulari sua virtute prostratum & deuictum, Mauritaniam turpiter repetere coegit. Bellicæ disciplinæ seuerissimus custoditor, ita ut nonnunquam leui de causa milites virgis cæsos, in medijs castris securi percuti iusserit. Bellum cum fratribus gessit, quorū vnus Ioannes ad Abeniacob Maurorum in Africa Regem confugit, à quo milite adiutus Tarifam oppidum, quod à fratre eius Sanctio difficulter Mauris ereptum fuisse dictum est, obsedit. Præerat
vrbi

R E G I V M.

79 Anni
XPI.

vrbi vir Nobilis Alfonso Petri de Gusman, cuius singulari prudentia & strenuitate à Barbarorum impetu præseruata ciuitas fuit: nec præmijs nec minis eorum, ut oppidum traderet, adigi poterat, filium licet suum, qui in Ioannis Infantis inimici castris erat, ante oculos barbara crudelitate iugulari vidisset, quod Romana prorsus constantia pertulit, fidei, quam Regi & Domino suo debebat, nunquam oblitus. Tandem Sanctius fato functus est anno regni vndecimo, filio Ferdinando natu maiore relicto Regnorum hærede.

Ferdinandus huius nominis tertius, Sanctij primo- 1293
genitus, anno ætatis nono Rex coronatur. Verum excellentissima Matrona, Regina vidua, Maria filij pueri tutelam gerebat. Fœmina à castitate & in egenos liberalitate mirè commendata, quæ cum à multis moneretur, ut secundas contraheret nuptias: Nequaquam, inquit: nam felix & pudica Matrona nunquam secundo nubit. Hęc tenellum puerum à multis Regni emulis armis peti animaduertens (Alfonso enim de la Cerda Castellam ut suam inuaserat) diuersisque in regni partibus bella moueri, tanta prudentia & dexteritate hanc bellorum irruentem sedauit tempestatem, ut tot hostium molimina, neque sibi essent, neque filio detrimento. Quod non armis solum effecit. sed orationibus, ieiunijs, eleëmofynis, & vlronea corporis maceratione, victoriam de tot hostibus sibi, filioque insurgentibus à Deo impetrauit. Ferdinandus interim

G 4

ætate



Anni 80
XPI.

THEATRVM

ætate & virtute crescebat, donec in Principem euasit, amantissimum æqui; vnde factum vt crebros conuentus indiceret, oppressi populi oneribus subleuandis. Tandem animum ad bella Infidelibus inferenda applicuit, quibus infinita damna magnasque intulit clades. Oppidum de Gibraltar expugnatum suæ ditioni subiecit. Post cuius expugnationem cum Mauri ex pacto se suaque asportare possent, accessit ad Regem senex quidam venerandus, quasi centum annorum, & facta loquendi potestate: Nescio quid sit, inquit, ô Rex, cur me tu tuique persequamini. Hispali ciuis eram, quæ cum à proauo tuo Ferdinando expugnata esset, Xericium me contuli, qua rursus vrbe ab auo tuo Alfonso capta expulsus, in Tarifa oppido domum fabricaui, quod me saltem ibi tutum putarem. Superuenit pater tuus Sanctius, qui oppidum vi & armis obtinuit, ex quo simili modo fugatus, in castro hoc (quod fortissimum eorum, quæ Mauri in Hispania possident, iudicaui) mœstos dies, qui supersunt, finire decreueram. Tandem venisti tu & castrum occupasti: oro igitur, vt nauigium concedas, quo cum familia in Africam transeam, finiamque paucos dies meos in quiete, nec videam tot gentis nostræ clades. Rex Ferdinandus facetiam ridens, simul & compatiens, muneribus donatum, concessio nauigio in Africam traicere passus est. Qua humanitate, regiaque munificentiâ à vicinis & finitimis cognita, vltro illi se suaque oppida sine sanguine tradidere. Fuit Ferdinandus Princeps

REGIVM.

81 Anni
XPI.

ceps multis virtutibus clarissimus, quibusdam tamen vitijs non caruit. Erat enim in credendo leuis, & ex parua causa in puniendo celer. Nam ad oppidum de Martos duos Nobiles, qui proditionis accusabantur, præcipiti iudicio (licet omnino innocentes sese affererent) de altissima rupe deturbari iussit. Ob quam iniustam necem infra triginta dies coram Diuino Tribunali Regem citarunt. At verò Rex, adueniente citationis die, subita morte extinctus est: filium Alfonso ex Constantia Dionysij Portugalliæ Regis filia susceptum hæredem relinquens.

Alfonso vndecimus in patris Ferdinandi tertij loco successit. Iuuenis regnare cœpit: vnde quorundam prauorum hominum seductus consilijs, magnos aliquot viros occidi iussit, non sine subditorum suorum metu, ne crudelis euaderet. Verum postea iniquorum hortatu, ex iuuenili calore hæc contigisse animaduertens, factorum pœnitens errorem cognouit. Quocirca humanior & benignior factus, munificum & liberalem se suis præbuit. Cum enim in Portugallia bellum gereret, ne milites sui pauperes & innocentes læderet, sub graui pœna mandauit. Trecentos quoque nobiles bello captos ad suos remisit. Cum Rege Almohaseno Marochitano, & Rege Granatæ, qui ducentarum quinquaginta nauium & septuaginta triremium classe, cum quadringentis peditum, equitum septuaginta millibus in Hispaniam infesto tantæ multitudinis agmine irru-



Anni 82
XPI

THEATRVM

irruerant, bellum euentu prospero gessit. Quod eius potissimum consilio confectum est: cum enim tanta Barbarorum colluies Hispaniam vastaret, egregie ab omnibus trepidatum est, & qualiter nunquam antea. Rex Hispali erat, vbi Magnatum conuocato Concilio, cum nihil concluderetur, his pacem, Rege verò bellum suadentibus, ipse Rex Coronam sinistra, ensen dextra tenens, ad suos conuersus, mira vultus hilaritate, rerum bene gerendarum spe plenus, hortatur: ne permittant coronam quam manu teneret, in exilium asportari, neue ensen infamiae rubigine obduci, quo dicto è Concilio se proripit. Vnde repente itum est à toto Concilio in Regis sententiam. Qui statim mira fortitudine Barbaris, valido instructus exercitu, obuiam proficiscitur, cui se Aragoniae & Portugalliae Reges & ipsi copijs suis haud contemnendis coniunxerant. Tariffam oppidum Barbari obsederant, qui Hispanis aduentantibus occurrunt, ac cum iisdem acerrimo prelio dubia contentione diu certant. Verum Hispani pro salute pugnantes, DEI benignitate Barbaros illustri pugna superantes, victoria potiuntur insigni, caesis ferè ducentis hostium millibus, pari clade, qua Alfonsi noni temporibus attriti fuere. Alij dicunt quadringenta quinquaginta Saracenorum millia desiderata fuisse, Christianos viginti tantum occubuisse: quod ferè incredibile esset, ni bonae fidei autores traderent. Victoria sanè magna, illaque non inferior, quam L. C. Sylla de Pontico Mithridate, ac L. Lucullus

REGIVM.

83 Anni
XPI

Lucullus de Armenico Tygrane reportarunt. Post quã victoriam Algesiram Ciuitatem viginti duobus mensibus, cum summa militum suorum constantia & fame, obsedit. A qua obsidione cum Barbari nullis modis posse Regem distrahi cernerent, ciuitatemque in summo periculo, muris, turribusque eius subrutis, verari agnouissent: pertinacissimus quidam Saracenus ancipiti gladio sub tunica accincto, Alfonsi Regis castra petit. Ad quem cum deduci peteret, quasi de tradenda ciuitate verba habiturus, gladius, militibus vestes eius perscrutantibus, apparuit. Stans itaque ante Regem, hac doli arte detecta, suam de Rege trucidando deliberaram voluntatem patefecit. Quem Rex admirandi animi moderatione vsus & clementia, Africano Regi incolumen transmisit dignum praemio, vt qui vitam propriam patriae saluti postposuisset. Rex verò Africanus, qui proditorem detestabatur, crudeli militem supplicio affecit. Pulchrum sanè & laudandum Barbari Regis facinus, in hoc Alexandri Macedonis exemplum secuti, qui Bessum crudelissimo tormenti genere necari iussit, quod Regem & Dominum suum Darium, Alexandri licet inimicum, prodiderat, imò & interfecerat. Tandem Alfonsus, post tot victoriarum continuum cursum, castris suis valida peste afflictis, ipse quoque glandula pestifera percussus interijt. Ante obitum adstantibus Regni Proceribus, & petentibus, cui subditos commendatos relinqueret, quibusue Petrum filium, hoc, profundè ingemiscens, respon-



Anni 84
XPI.

THEATRVM

responsum dedit: DEO summo Regi vos populumq;
committo, vobis autem Petrum filium, si bonus erit.
Cum enim non ignorem, qualis futurus sit, doleo ta-
lem vobis relinquere Regni hæredem & Dominum:
Petrum vt filium diligo, vt successorem non amo, quæ
nec Regem vestrum futurum lætor. Non enim minùs
+ ac Marcus Aurelius, qui Commodum filium Imperij
Romani hæredem deplorabat, pro Reipub. salutè soli-
citus, ingentibus curis optimus Princeps moribundus
angebatur. Nec eum fefellit opinio, filio enim Petro,
sicut & Commodo, mors violenta fuit. Ex Maria Al-
fonsi quarti Portugallia Regis filia genuit hunc Pe-
trum, Henricum ex Leonora Gusmanna, item alios
ex alia.

1350 Petrus Alfonso patri successit. Fuit hic supra mo-
dum crudelis, ita vt in fratres ense sæuierit: Rubeum
quoque Granatæ Regem hospitem suum, opem & au-
xilium implorantem iugularit, hospitij iure violato.
Multa item alia crudelitatis exempla de hoc Rege
ab Hispanis Scriptoribus memoriæ produntur, quam
etiam in bonos & probos viros exercuerit. Quocirca
omnibus exosus, à fratre Henrico bello superatus, gla-
dio confossus periit: Princeps alioquin, si sanguinem
non sitisset, prudēs & bellicosus fuit, & armis strenuus.
Vndè paucis subiungo, quod semper verum fuit.

+ Instabile est Regnum, quo non clementia regnat.
Henri-

NR EGV K MAT

85 Anni
XPI.

Henricus huius nominis secundus, interfecto Re- 1369
ge Petro, cum summa omnium Magnatum gratula-
tione & publica populi lætitia, & applausu Hispaniæ
Rex receptus fuit. Ipso regni exordio magnas Princi-
pum quorundam pertulit rebelliones, quod illegiti-
mus esset: sed hos sua munificentia regiaque liberali-
tate, morum comitate, suisque, quibus ornatus erat, vir-
tutibus sibi conciliauit. Latronibus & prædonibus
quibus itinera, ob præterita bella, infestissima, erant.
Hispaniam purgavit. Ciuitates plurimas muris, publi-
cisque & priuatis ædificijs exornauit. Bonas & saluta-
res leges magna omnium approbatione tulit. Deniq;
anno Regni sui decimo, Henricum hoc modo obijisse
affirmant. Rex Granatæ Maurum quendam ad Henri- +
cum Regem cum preciosis mercibus, gemmatisque,
monilibus transmisit. Qui cum Regi cuncta videnda,
exponeret, inter alia ocreas miro nouoque artificio,
laboratas obtulit: verum tam præsentis veneno infe-
ctas, vt Rex eas postmodum indutus, omnibus corpo-
ris contractis neruis, subito expirauerit: filium suum
Ioannem, ex Ioanna Emanuelis Hispaniarum Infan-
tis filia genitum, hæredem relinquens.

Ioannes igitur Henrico patri successit. Hic pri- 1379
mò duxit vxorem Leonoram Petri Aragonum Regis
filiam, ex qua duos clarissimos Reges genuit, Henri-
cum videlicet primogenitum Castellæ successorem, &
Ferdin-



Anni 86

THEATRVM

XPI. Ferdinandum Aragoniæ postea Regem, per mortem
eod. Martini auunculi, qui sine prole mascula discesserat,
& Iustus dictus fuerat. Duo hi excellentissimi fratres
roti Hispaniæ, vt duo Orbis lumina, Reges & Reginas
dedere. Ioannes Rex in secundis nuptijs duxit Bea-
tricem Ferdinandi Portugalliæ Regis filiam, vnicam
regni Portugalliæ hæredem. Quod matrimonium
magnorum bellorum seminarium & incētium fuit,
& ingentes Hispaniæ calamitates attulit. Matrimo-
nium quidem fouendis potius augendisq̄e amici-
tijs institutum est: hoc tamen, vt sæpè fit, grauiori-
bus dissidijs causam tribuit, hac potissimum ratione.
Ferdinandus Portugalliæ, Rex nullo relicto legiti-
mo filio, fatis concesserat, vndè Ioannes Castellæ
Rex, vxoris Beatricis eiusdem Ferdinandi filix vnicæ
iure, Regnum Portugalliæ ad se petinere asserbat.
Ex quo cum excluderetur, armis & potenti manu id,
quod suum erat acquirere decreuit. Cum exercitu
igitur Portugalliam ingressus, Vlisiponam urbem, Re-
gni Metropolim, obsedit, verum obsistente peste ob-
sersionem soluere coactus fuit. Vndè Portugallenses
Ioannem Ferdinandi nothum Regem crearunt, qui
+ postea summa cum laudè regnauit. Ioannes Castel-
le Rex post hoc bellum aliud cum Duce Alencastriæ,
& Clocestriæ Regis Angliæ filio gessit: verum Henri-
co Ioannis filio Catharinam prædicti Clocestriæ Du-
cis filiam in vxorem ducente, bellum, quod iam exar-
serat, sopitum fuit. Fuit Ioannes pius omninò & verè
Catholicus

REGIVM.

87 Anni
XPI.

Catholicus Princeps, multis Ecclesijs donaria & an-
nuos redditus contulit. Demū Compluti, vulgò Alcala
de Henares, cū equo insidens indomito, indefinente,
curfu laxi habenis curreret, cespitante equo & caden-
te, sellam inter & terram oppressus perijt. Quare

Henricus hoc nomine tertius, Ioannis primogeni- 1390
tus Regni gubernacula duodecim annorum puer sus-
cepit. Verum puerilem & teneram ætatem mira pru-
dentia, & rara morum grauitate suppleuit. Tempestiuè
duxit vxorem Catharinam Anglicam, vt pacè & tran-
quillitatem Hispaniæ pareret. Quietum enim sui Regni
(vt Princeps erat pacis amans, consilio & ingenij ma-
turityte pollens) plurimum studebat. Religiosissimus
item & timens DEVM orationi deditus, æqua manu
summis & infimis iustitiam administrabat, nulla, aut
rara tributa populo indicebat. Rumorum quoque au-
dus, & sciendi, quid in Orbe ageretur, mirè cupidus,
ad diuersos Asiæ Principes, & ad ipsos Indos Oratores
cum donis misit, à quibus etiam vicissim accepit. Bel-
li cum Saracenis gerendi ergo Granatam versùs iter
agebat, verum inualecente morbo, quo toto vitæ
tempore (vndè Valetudinarij nomen accepit) afflictus
fuerat, apud Toletum feliciter obiit, superstite fi-
lio Ioanne.

Ioannes huius nominis secundus mortuo Patri 1407
Henrico infans in cunis succedit. Verum Catharina
mater



Anni 88
XPI.

THEATRVM

mater Regina vidua & patruus Ferdinandus rerum summam administrabant ad annum vsque Ioannis decimum quartum, quo Mariam Ferdinandi prædicti patris sui filiam vxorem duxit, ex qua Henricum Regni postea successorem genuit. Sed cum hæc mature decessisset, Isabellam Ioannis Portugalliæ Infantis filiam superduxit, ex qua Isabellam Reginam Catholicam procreauit. *Angla.* Fuit hæc Catharina Ioannis Regis mater prudentissima femina, in alendo & erudiendo filio Olympiadem Epyrotarum Regis filiam, Philippi viduam, Alexandri Regis matrem prorsus imitata. Cuncta magnatum consilio agebat, duorum præsertim (Ferdinando mariti sui fratre, filijq; patruo Aragonum Rege facti) clarissimorum virorum, Ioannis nempe de Velasco, & Didaci Lupi de Astuniga, quos Henricus Rex ob ingentes eorum virtutes summè dilexit. Horum nobilissimæ Domus etiamnum hodie florentes, parentum & maiorum gloriam, tum in Hispania, tum in Belgio, alijsque quamplurimis Christiani Orbis partibus, cum omnium honorum titulis imitantur.

Antequeram nobilem Regni Granatæ urbem per Ferdinandum Patrum gloriosissimum Principem recuperavit, profligatis ingentibus Barbarorum copijs, qui ad urbem obsidione liberandam è Mauritania transfretauerant. Grandior factus ipse urbem Granatam, quæ populo frequentissima erat, obsedit, in qua obsidione magnam fuit adeptus victoriam, cæsis
ferè

REGIVM.

89 Anni
XPI.

ferè decem Barbarorum millibus: sed hieme appropinquante soluto exercitu in Castellam redijt, Ferdinando Aragono, postmodum per filiã suam Isabellam genero tanti operis gloriam & famam relinquens. Bellis quoque intestinis non caruit, verum hæc sua virtute & prudentia sopiuit. Aluarum de Luna, quem vnice dilexerat, & ad summum omnium honorum (cunctis Regni Proceribus reclamantibus) fastigium euexerat, Vallisoleti capite plecti iussit. Insigne fortunæ inconstantis exemplum, tam magnum virum à Rege, cui tam acceptus & charus fuerat, ob insolentias (vt tum fama ferebat) vita fuisse priuatum. Verè nonnunquam

*Nescia mens hominum Fati sortisque futura, +
Et seruare modum rebus sublata secundis.*

Tandem Ioannes cum Regnum per annos ferè quinquaginta sapientissimè administrasset, religiosissimè obiit. Filium primogenitum Henricum ex Maria Ferdinandi patris filia procreatum, Regnorum successorem, & thesaurorum hæredem reliquit: quem iam antea in Regem assumi præceperat.

Desideratissimus cunctis discessit, charus enim omnibus vixit ob magna & ingentia naturæ virtutumque dona, quibus abundabat. In pauperes & miseros adeo benignus, vt ægrè possit in alio Principe, aut maior libera-



Anni 90
XPI.

THEATRVM

liberalitas, aut pietas iustior inueniri.

1454 Henricus appellationis huius quartus, Ioanne secundo patre mortuo, solus Regnum obtinuit, ad quod viuo patre euectus fuerat. Princeps moderatissimus fuit, & quietis inter suos studiosissimus: sed bellorum contra Saracenos gerendorum auidus. Maxima dissidia inter Ioannem patrem & Ioannem Nauarræ Regem auunculum suum, singulari prudentia composuit. Nobiles quosdam exules sibi conciliatos humanissime recepit. Post hæc cum magno Nobilium suorum, & Magnatum comitatu Maurorum Regnum ingreditur, vbi que damna inferens, ac per totum Granatense regnum (Mauris eius aduentu territis, seque intra muros recipientibus) liberè diuagatur. Inter cætera castra & oppida, quæ ab hostibus recepit, famosum oppidum Gibraltar cum arce inexpugnabili, fugatis Mauris, suo subiecit Imperio. In qua expugnatione plurimum virtus enituit & strenuitas in clyti viri Ioannis de Gusman Medinæ Ducis, qui tanto pertinaciùs instabat, quo recentius patrem in eiusdem oppidi expugnatione vita priuatum recordabatur. Castrum quoque Epistonam, cum grauissimo periculo nobilissimi viri Ioannis Pacheco Marchionis de Villena, expugnauit. Maximos congregauit thesauros, verum sine subditorum suorum grauamine. Tam liberalis fuit, non tamen profusus, vt dicere sæpè soleret: nullam maiorem Principis esse felicitatem, quam multos fecisse

REGIVM.

91 Anni
XPI.

cisse felices. Regnis suis contentus vixit, nec ista communi multorum infamia laborauit, vt aliena vellet inuadere. Cum enim Catalani, qui Ioanni Aragonum Regi rebellauerant, cum exorarent, vt eos subditos acceptaret, recusauit, & incredibili temperantia regnandi auiditati modum adhibuit: tam opportuna regni sui amplificandi facultate sprete, à multis Regibus tantopere exoptata: memor magni animi esse magna contemnere. Denique de hoc Principe alia infinita referuntur summæ virtutis monumenta, quæ breuitatis causa hic omittuntur. Qui tandem de cunctis benè meritis, DEO Creatori suo, summa cū animi submissione & lachrymis pro peccatorum expiamentis, animam reddidit, nullo relicto filio filiaue. Vnde

Ferdinandus hoc nomine quartus, Ioannis Aragoniæ Regis filius vnicus, Henrico quarto, cuius sororem Isabellam vxorem habebat, sine prole mascula morte sublato, eiusdem Isabellæ iure, viuentis patre Aragono, ad Castellæ Legionisq̄ regna à Magnatibus vocatus subleuatur. Hic à magnitudine rerum gestarum, Ferdinando primo non inferior, Magni nomen sortitus est. Et meritò: si enim Principis huius bella, quæ gessit, si victorias, quas obtinuit, si potentiam consideres, hoc illi nomen cum primis & maioribus Orbis Principibus sine inuidia commune fateberis. Isabellam anno ætatis nono decimo, Siciliæ Rex factus, vxorem duxit, ab illa ceteris Regibus competitoribus



Anni 92
XPI

THEATRVM Aragonie Regis.
ribus praelatus. Denique post Ioannis patris sui mortem Castellæ, & Legioni, quas vxoris causa possidebat, Aragoniam, Valentiam, Siciliam, Neapolim, Barcinonæ Comitatum, & cæteros principatus paternos perpetua societate adiunctos, posteris transmisit. Primum bellum cum Alfonso Portugalliæ, deinde cum Ludouico Gallorum Regibus, sua cum gloria & victoria gessit. Quo feliciter ad finem perducto, animum ad Granatense bellum, quod diu conceperat, adiecit. Quod non minori pietate, & fidei zelo inchoatum fuit, quam felicitate finitum. Alhama ciuitas prima fuit, quæ Regis arma sensit, infinitis Mauris trucidatis, in vindictam Zaharensium Christianorum, paulò ante à Mauris immanissimè cæsum. Ab vrbe Granata non amplius octo & viginti millibus passuum aberat, ob quam causam Granatæ Principes Alhamæ direptione consternati, cum exercitu hominum millium octoginta captam Alhamam recuperare tentant: Verùm Christianis certa subsidij à Regibus venturi fiducia plenis, ferocissimè pugnantibus, magna cum strage suorum muris submouentur. Loxam deinde urbem à se obsessam (ad quam quidem Granatæ Rex Boabdelis periculum timens cum magnis Arabum copijs se contulerat, at hanc defendere posse desperans, Granatam reuersus fuerat) loci natura munitissimam per deditioem Rex accepit. Demum Malaca vrbe maritima in potestatem redacta, ad Granatæ (quæ belli caput erat) obsidionem proficiscitur. Granata
vrbs

REGIVM.

93 Anni
XPI

vrbs est magna & ampla, in qua Boabdelis Rex cum ducentis fere hominum millibus habitabat: qui cum urbem tam valido exercitu circumdatam retinere, tantamque hominum multitudinem sine comitatibus alere posse diffideret, amissis equitum millibus fere quinque, de deditioem cum suis cogitauit. Quibus suadentibus ne se fratresque, & vniuersos ciues sua pertinacia perderet, verùm Ferdinandi & Isabellæ Regum singulari humanitati & integerrimæ fidei, quam a suis etiam prædicari dicebant (nec mirum cum ea sit virtutis vis, vt etiam ab hostibus & Barbaris extollatur) se suosque committeret; Legatos ad Regem clam in castra misit, petiitum aliquem ex suis destinarent, de pacis, & deditioem conditionibus acturum. Qua legatione summo cum gaudio & omni expectatione citius intellecta Ferdinandum Aquilarem, qui Granatensium linguam callebat, & Ferdinandum Sathra Secretarium cum Legatis redeuntibus ad miseram, sed suæ felicitati proximam urbem miserunt. Per hos tandem post diuersos ex vrbe ad castra, & ex castris ad urbem reditus (Rege Granatæ dignitate & regijs titulis priuato) deditio facta est. Portis itaque reclusis magnus Christianorum militum numerus urbem ingressus, Regiam, turres, & loca munitiora præsidij firmarunt. Ferdinandus Rex urbem hanc & totum Granatæ regnum (in quo Hispaniæ angulo Barbaros, à Ferdinando secundo Alfonsi filio conclusos diximus) mira felicitate post decennale bellum, ab Arabum



Anni 94
XPI

THEATRVM

bum crudelitate liberavit, anno salutis millesimo,
quadringentesimo, nonagesimo secundo, post septin-
gentesimum, octogesimum, quo Hispania à perfido
Comite Iuliano scelestissimè prodita, Barbarorum ty-
rannidi & seruituti, nullum non crudelitatis & acer-
bitatis genus experta, subdita fuerat. Eodem die Rex &
Regina equitum, peditumque comitantibus copijs, ad
urbem proficiscuntur. Quibus Boabdelis quondam
Rex cum suorum nobilioribus ferè quinquaginta tri-
fidi vultu obuiam factus, Regum dexteram osculari cō-
tendit. Verùm Reges id nequaquam subtracta dexte-
ra, permittentes, Boabdelim perbenignè susceperunt,
eumque ad melioris vitæ spem hortati sunt. Deinde
+ urbem appropinquantibus, Ferdinandus Talabricus
Granatæ Archiepiscopus designatus, inuictissimæ Cru-
cis vexillum ex turri altissima ostendit. Qua visa, Reges
cum vniuerso exercitu flexis genibus gratias DEO pro
victoria egerunt. Postero die captiuos Christianos
(quorum in hac vrbe ingens numerus vtriusque sexus
in foueis & subterraneis speluncis catenis ferreis vin-
cti detinebantur) carcere solutos, vt Reges ad se ve-
nientes squallidos, & nudos conspexissent, vbertim
flentes, viatico donatos ad suos remisere. O Principes
cœlestes, ô Principes magni, & quod amplius est
+ Principes Catholici! quibus cœlitus datum fuit ve-
stram Hispaniam tanta oppressione liberare: nam pe-
stem tam immanem, gentem tam crudelem, tam no-
stro nomini inimicam, à qua Christianum Hispaniæ
populum

REGIVM.

95 Anni
XPI

populum per tot sæcula tam horrenda passum acce-
pimus, præterquam vobis

*Nulli penitus discindere ferro
Contigit.*

Hispania plaude, & tibi hos Principes diuinitus cœlo
demissos venerare. Roma quondam suo Mario, Cym-
brica tempestate sedata, publica trophæa poni statuit:
Cæsari quidquid honorum excogitari poterat, huma-
nos etiam terminos excedentium, decreuit: Traiano,
& Antonino cochlides columnas, alijs statuas, am-
phitheatra, & eiusmodi publicæ gloriæ & laudū orna-
menta dicauit. Hi Mario, Traiano, & Antonino verè
maiores, tanto Imperio, post hos Cimbros tota Hispa-
nia pulsos, tantaque nominis & famæ gloria, quam
apud omnes Orbis Reges, & gentes adepti sunt, dignis-
simi fuere. Nec solum indefessos Regum labores, hac +
cogniti Orbis parte DEVS compensauit, verùm alium
subinde & nouum orbem, in illum vsque diem cun-
ctis gentibus incognitum, in tantarum rerum fidei,
zelo gestarum quasi præmium, Hispano Imperio adie-
cit. Insulas quoque Fortunatas in Oceano sparsas, for-
tunatis his Regibus dedit. Alia demum & magna ex-
tra Hispaniam regna, quorum magnæ circumferuntur
historiæ, diuina benignitate & clementia obtinue-
runt. Bello itaque Granatensi hac, vt diximus, felicitate,
Catholicorum Regum auspicijs finito, Maurisque tota
Hispania



Anni 96
XPI

THEATRVM

Hispania exactis, de pace & tranquillitate in posterum agenda cogitatum est, quam armis partam bonis legibus, Iustitiæque administratione conseruandam sapientissimè iudicantes, ad ciuilem Reipub. ordinationem sese contulerunt. Ac primò, vt sceleratorum hominum, diuina & humana contemnentium (quorum magna tum ob neglectas præteritorum bellorum temporibus salutare leges, in Hispania erat multitudo) vim coercerent Hermandatum, nouum Iustitiæ genus & genti vocabulum inuenerunt: quorum opera breui confectum est, vt tota Hispania similium nefariorum lue purgaretur. In ciuitatibus & populis Iustitiæ Præfectos, Iudices & Satellites ad ius suum vnicuique tribuendum constituere. Probos & virtute præditos ad honorum culmina extulerunt: malos & in maleficijs pertinaces, qui que nullam melioris vite spem dabant, a suis ditionibus exterminarunt. Deniq; diuino spiritu afflati, non minus diuinarum rerum cultores, ac morum censors, quam suorum Regnorum Gubernatores, officijs ad Religionem spectantibus intenti, templa quam plurima magnis impensis DEO (cui soli acceptam à Mauris victoriam referebant) extruxerunt. Quibus tandem religiosissimè ac pijsimè completis, ex huius mundi Regno ad cœleste Imperium optimos hos Principes DEVS vocauit, sempiternum ijs præmium, vt suis solet, daturus. Regina Isabella, Hispaniæ maximum decus, in oppido, quod Methymna de Campo dicitur, fatis concessit,
sexto

REGIVM.

97 Anni
XPI.

sexto & vigesimo Nouembris die, anni millesimi, quingentesimi quarti. Rex autem Ferdinandus Princeps nunquam satis laudatus, circa oppidum Guadalupum in pago, cui Madrigaleque nomen est, aduersa valetudine pressus, DEO spiritum reddidit, die vigesima secunda mensis Ianuarij, anni millesimi, quingentesimi, decimi sexti, annum agens ætatis quartum & sexagesimum: regni verò quadragesimum secundum. Superstites filias quatuor reliquit (filio Ioanne præmortuo) cunctas Reginas: inter alias Ioannam Philippo Maximiliani Cæsaris filio nuptam, Hispaniarum postea Reginam. E rebus humanis Ferdinando & Isabella sublatis, ingens in Hispania luctus fuit. Roma Camillum, Pompeium, Augustum, Vespasianum, Titum, Traianum, & Marcum Aurelium; Sicyon Græcum Aratum, Syracusa Timoleonem, aliæ alios sibi ademptos deplorarunt, Hispaniæ (Ferdinando & Isabella mortuis, quasi omnis felicitas concidisset, omne decus, omniumque virtutum pulcherrimum specimen interiisset) nil potius supererat, quam

*Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Numina.*

nec irritæ fuere preces, DEVS enim magno huic Imperio magnis Regibus, Gothici sanguinis, postremis, ad se vocatis, alios tanta potentia dignissimos reddidit.



Anti 98

THEATRVM

XPI. didit. Postquam enim Ferdinandus Hispaniarum Rex, cognomento Catholicus, istius sanguinis vltimus, in viuis esse desijt, Cæsarea & Austriacorum Soboles Burgundico, Belgicoque sanguine procreata, successit: ex qua

1504 † Philippus huius nominis primus, Maximiliani Imperatoris filius, ex Maria Caroli bellicosi Burgundiæ Ducis, & Belgarum Principis filia, vniuersorum maternorum Principatum hæres: post Reginae Isabellæ obitum vxoris Ioannæ, eiusdem Isabellæ filia nomine, Hispaniæ vltioris regna obtinuit. Ad quorum regimen Ferdinandi sociari, & omnium Magnatum literis vocatus ex Flandria, in Hispaniam traiecit, vbi cum incredibili omnium lætitia, variisque triumphis generibus fuit receptus. Verùm cum inciperet eam de se spem præbere, cuius fructus Belgium multis iam annis messuerat, præmaturè à crudelissima morte, quæ tantum Principem mundo inuidebat, omnibus eripitur, anno secundo, postquam in Hispaniam aduenerat. Erat hic Philippus tot omnium virtutum, magnos Principes decentium, titulis insignitus, tanta humanitate, liberalitate, mansuetudine & pietate ornatus, tantaque industria & clementia suos Belgas (pace tua dixerim, ô Hispania, noster enim erat) suos ergo Belgas gubernauerat, vt passim humani generis delicias cum appellarent. Tantùm quoque discedens sui desiderium reliquerat, vt Belgium

REGIVM.

99 Anni

XPI.

gium sui Principis absentiam publico luctu deploraret. Post cuius obitum Ferdinandus Catholicus † socer, ex regno Neapolitano in Hispaniam reuersus, vnà cum Ioanna filia vidua regnavit, vsque ad annum millesimum, quingentesimum, sextum decimum. Genuit Philippus ex Ioanna vxore Carolum & Ferdinandum filios, qui quales fuerint, quanta gesserint, Europa canit, Asia & Africa horrescunt, nouus item Orbis sub iugum ab his ire doctus obstupescit. Illos certè

Geminos duo fulmina belli,

Austriacos fratres, Asiæ cladem non immeritò vocauero. Ex eadem Ioanna quatuor filias reliquit: Leonoram, quæ Emanueli Portugalliæ, Catharinam, quæ Ioanni item Portugalliæ, Isabellam, quæ Christierno Daniæ, & Mariam, quæ Ludouico Pannoniæ Regibus nupserunt.

Carolus Philippi Austriaci Belgarum Principis, & † Ioannæ Hispaniarum Regum filius primogenitus, Maximiliani Romanorum Augusti ex patre, Ferdinandi & Isabellæ Catholicorum Hispaniæ Regum ex matre nepos, eiusdem nominis primus, mortuo Ferdinando, ex Flandria accersitus, cum matre Ioanna Hispaniarum regna administravit. Natus fuit inuictissimus hic Monarcha in Flandria nobilissima Belgij

I 2

Prouincia



Anni 100
XPI.

THEATRVM

Prouincia in vrbe, quæ Gandauum dicitur, quarta & vigesima mensis Februarij die Diuo Mathiæ Apostolo sacra, anni millesimi quingentesimi. Gandauum Flandriæ est Metropolis, ac penè totius Europæ inter vrbes miraculum, suis viribus in hanc potentiam excreuit, cui tantum, quo se iactet, superest, quantum cæteris totius Belgij vrbibus deest. Cuius si amplitudinem, magnificentiam, politiam gentisque indolem & nobilitatem spectes, vix vllam inuenies, quam cum hac conferre queas, multis illa quidem rebus clarissima est, verum ortus felicissimi Caroli Cæsaris eam multo clariorem reddidit: certè decuit magnum & inuictum Principem, non nisi in magna & inuicta vrbe nasci. Quæ summa felicitas nobilissimæ huic vrbi citra aliarum vrbium æmulationem non contigit. *Gandauum* + Carolus igitur in hac vrbe natus anno sexto decimo in Hispania regnare cœpit, vbi triennio post, auo Maximiliano Romanorum Imperatore gloriosissimo Principe vita functo, se à sacri Imperij Septemviris in Cæsarem electum cognouit. Initio regni aliquam in Hispania perditissimorum ciuium rebellionem perpeßus est, quos breui armis imperata facere cœgit. Maximum & diuturnum bellum cum Francorum Rege Francisco Vallesio Principe fortissimo in Italia gessit. Belli autem hæc potissimum causa extitit. Galli regno Neapolitano & Ducatui Mediolanensi inhiabant, quem Cæsari adimere magnis exercitibus trans Alpes sæpè missis,

REGIVM.

101 Anni
XPI.

missis, conabantur. Cæsar Legatis belli huius administrationem mandauit, in quo fidelem operam præclarissimorum Ducum Marchionis de Pescara, & Caroli Lanoi Flandri egregiè expertus est. Tandem Francisco Rege memorabili illo prælio apud Ticinum, vbi acriter vtrimque pugnatum est, capto, & in Hispaniam ad Cæsarem aduecto, certis conditionibus tam perniciosum Christianæ Reipub. bellum pax subsecuta est. Cæsar & hostem & captiuum honorificè habitum, sorore in super sua Leonora ei matrimonio collocata, in auitum Gallia regnum dimisit. Incredibili planè clementia & moderatione animi, in tanto rerum & victoriæ successu, vsus. Post hæc Cæsar in Italiam veniens Bononiæ cum Pontifice Maximo congressus est, à quo aureo diademate insignitus, Francisco Sfortiæ supplici facto Ducatum Mediolanensem restituit. Principem quoque Auriacum, Pontificis hortatu, in Etruriam cum exercitu misit, Florentinos rebellantes debellaturum, quorum vrbe Florentia occupata, Illustrißimorum Mediceæ domus Principum dominatum, in hunc vsque diem summa cum gloria permanentem, stabiliuit. Cum Pontifice maximo de summa Christianarum rerum, ac de bello Turcico deliberans ad aliquot menses moratus, nobilissimorum Principum, Regum, & gentium Legatos, quorum tum Bononiæ maximus erat numerus (ac ferè tantus, quantus olim Legatorum Babylone erat, Alexandri magni ex India redeuntis aduentum operientium, à
I 3 totius



Anni 102
XPI.

THEATRVM

totius Orbis Regibus, & Populis Romanorum solummodo exceptis, eo missorum) aliosque magnos viros muneribus honestavit: qui magnificos ludos, & varij generis apparatu spectacula magnis sumptibus ediderunt. Tanta erat ibidem, cum coronam Cæsar acciperet, nobilium concursus & magnificentia, vt Senatus Bononiensis æternæ memoriæ diem illum censuerit dicandum, eaque de causa æream laminam inauratam in publici palatij frontispicio Cæsaris aduentum æternum testaturam cunctis conspicuam poni curarit. Cuius inscriptionem hic inferere non abs re videtur. Sic habet:

*Coronam Imp.
erialis & Papa
Bononia accepit.*

Clemens VII. Pont. max. vt Christianæ Reipub. statum reformaret, cum Carole V. Cæsare Imperatore Bononiæ congressus est.

In hanc Urbem Cæsar non. Nouemb. anno à Christi natali M.D.XXIX. introijt. Pro templi foribus Pont. max. adorauit. Eius hortatu, & consilio cum restituto in Mediolani auitum Regnum Francisco Sfortia, ac Venetis pace data, cunctæ Italiæ otium, ac tranquillitatem diu optatam reddidisset, Imperij coronam hoc pompæ ordine accepit.

Fenestra

REGIVM.

103 Anni
XPI.

Fenestra hæc ad dexteram fuit porta prætorialia. Ea egressus Cæsar per pontem sublicium in ædem D. Petronij deductus, sacris ritè peractis, à Pont. maximo auream coronam, & Imperij cætera insignia accepit. Inde cum eo Triumphans exercitu præeunte Urbem perlustrauit.

Cùm ambo in eodem prætorio totam hiemem coniunctissimè de summa rerum deliberantes egissent, Cæsar post suum aduentum mense 5. in Germaniam ad tumultus impiorum Ciuium sedandos, & bellum turcicum cum Ferdinando fratre Pannoniæ Rege apparandum profectus est. Huius rei monumentum hoc Innocentio Cibo Card. Legato, auctore, Vberto Gambarà Urbis Præfecto referente. S. P. Q. B. extare voluit non. Nouemb. anno S. 1530.

Cæsar triumphis his peractis in Germaniam contendit, fratri Ferdinando contra Solymanum, qui Viennam urbem ducentorum quinquaginta millium Turcarum exercitu obsederat, auxilium laturus. Cuius aduentu Barbarus Rex territus sexaginta penè millibus suorum amissis obsidionem soluit: & Caroli

I 4

poten-



Anni 104
XPI.

THEATRVM

potentiam, qui selectissimorum militum exercitu
coacto, Barbaro praelium offerebat, metuens, eiusdem-
que magnanimitate consternatus, ex Vngaria fugatus
Constantinopolim inglorius reuertitur. Cuius tam
repentini discessus causam cum suorum aliquis (fu-
gam cautè improbens) ab eo quæreret: se utique mirari
dicēs praelium cum Christianis non esse commissum,
cum ipsi maiores duplo copiæ adessent; Barbarum
respondisse ferunt: nolle se nec audere cum tam inui-
cti Nazarenæ Religionis Principis fortuna concurrere,
seque nihil magis vereri, nisi Asiæ Imperium horum
duorum fratrum auspicijs, Ottomanorum profapia
tandem ereptum iri. Post hæc Cæsar, hoc in Europa
fidei hostibus vulnus inflixisse non contentus, in
Africam maius illaturus, numerosa classe & valido
exercitu cõtendit. Vbi Goletanam arcem (antiquam,
secundum aliquos, Carthaginem) præsidio & loci na-
tura munitam aggressus, cum magna Turcarum stra-
ge expugnauit. Deinde Tunetum urbem inuadere
tentat; verum Ariadenus quidam Barbarossa dictus,
mediterranei maris archipirata, cum exercitu occurrit.
Cæsar oblatam inopinatò præliandi spem haud inui-
tus suscepit. Marchionem itaque del Vasto strenuum
virum cum summa imperij exercitu præesse mandat:
ipse excelso vectus equo cum mira vultus serenitate,
fiducia plenus, lorica indutus ferream refulgentem,
& paludamentum auro fimbriatum, sublimis emine-
bat, & suis, ad se tuèdum & hostibus ad incessendum,
ingens

REGIVM.

105 Anni

XPI.

ingens incitamentum. Barbarossæ acies primo statim
conflictu in fugam vertitur, barbara colluie ad in-
terneccionem caesa. Tunetum Cæsar per dediti-
onem recepit, Regemque expulsum Muleassem regno resti-
tuit. Christianorum millia ferè decem vtriusque sexus,
qui misera seruitute carceribus subterraneis, locisque
humidis detenti affligebantur, liberauit. Ferdinandum
Regem Catholicum auum eadem pietatis semita se-
cutus, qui, Granata expugnata, simile misericordiæ
Christianæ exemplum de se præbuerat. Barbarossa
amisso prælio triremibus Argiram siue Algeriam fugit:
quam urbem Cæsar in Africa sitam & Hispaniæ litto-
ribus oppositam, eique infestissimam, post aliquot an-
nos Tunetensem expeditionem subsequentes, expu-
gnare tentauit: verum continuis pluuiarum incom-
modis exercitu debilitato, classeque foedissima tem-
pestate miserè lacera, obsidionem soluere, & Europam
repetere magno vite sue periculo coactus fuit. Chri-
stianissimus verè Princeps & Barbarorum hostis im-
placabilis, tanto cæteris Europæ Regibus laudabilior,
quanto cõtantiùs omnes Ottomannicæ domus ami-
citas & foedera detestatus est. Africanam hanc expe-
ditionem aliud in Europa bellum excepit, sed exitu
feliciori. Fredericus Saxonie Dux, & Philippus Lant-
gravius, Protestantes dicti, Germaniæ Principes poten-
tissimi, Cæsarem inuadunt, quos Cæsar trans Albim
fluum exercitu traducto, nactus, vnico prælio ita
consecit, vt nihil ultra sint ausi, nihil potuerint. Fre-
dericus



Anni 104
XPI.

THEATRVM

dericus bello capitur: Philippus Cæsaris clementiæ se dedit, quam vterque postea expertus est; nam tolerato aliquamdiu carcere demittuntur. Quibus rebus cum ingenti nominis sui gloria & fama, totiusque Europæ terrore & stupore, confectis, in Belgium auiti patrimonij nobilissimum Principatum se contulit, ibidem aduentum filij Philippi, Bruxellas ad patrem ex Anglia venientis, expectaturus. Cui (diuinis rebus in posterum vacare desiderans) omnia sua regna, cunctasque conditiones cedens, abdicato Imperio, ac Ferdinando fratri concredito, ipse in Hispaniam tendit, ibique in Monasterio Sancti Iusti piè viuens, de æterna salute tantum sollicitus, biennio post salutarem DEO animam reddidit, anno ætatis quinquagesimo octauo. Noua sanè & admiranda tanti Principis immutatio: qui Imperij Maiestate deposita, tot regnis, & principatibus, tot honoribus & diuitijs spretis, post tot bella terra marique feliciter gesta, post tot victorias, ac triumphos in illo ætatis, penè dixero, flore, certè aptissimis ad Imperium annis, vitam priuatam amplexus sit, nullo fortunæ tædio, solo desiderio felicitis æternitatis. Illud enim cælestis tubæ documentum obuersabatur animo: Omnia arbitror vt stercora, vt CHRISTVM lucrifacerem. Rursus illud: Omnia possum in eo, qui me confortat. Si quis igitur singularem eius in medio victoriarum, & honorum cursu, pietatem considerarit attentus, si quis modestiam, qua semper in victorijs, clementiam, qua in captiuos & hostes, liberalitatem, qua

REGIVM.

107 Anni

qua in subditos vsus fuit, & parem denique pace bello. XPI.
loque virtutem, rectè accinerit poëticum illud,

Carolus Austriacus pietate insignis & armis.
& istud,
Non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Obijt ergo maximus, gloriosissimus, & Christianissimus Monarcha Carolus Romanorum Imperator, hoc nomine quintus, Hispaniarum Rex, anno CHRISTI millesimo, quingentesimo, quinquagesimo octauo. Et vno & eodem funere Orbis lumen, Imperij sublimitas, Regnorum Maiestas, Principatuum decus & splendor, Turcarum terror, malorum pœna, bonorum præmium, omniumque populorum vnica & desiderata spes interijt. Inuictissimum filium Philippum ex Isabella Emanuelis Portugalliæ Regis filia Vallisoleti 10. Cal. Iunias (qui dies Martis erat) supra millesimum quingentesimum, anno vigesimo sexto natum tantæ, & tam latæ patentis Monarchiæ hæredem reliquit.

Philippus omnium Regnorum, Principatuumque 1556
paternorum vnicus hæres huius nominis secundus,
Hispaniarum, Indiarumque Rex est. Quem pater sapientissima filij indoie cognita iuuenem admodum ad Reipub. administrationem euexit, sui Imperij, quasi
confor-



Anni 108
XPI.

THEATRVM

confortem. Mariam Ioannis tertij Portugalliae Regis filiam in primis nuptijs vxorem habuit, cui partus dolore consumptę, Mariam Anglię Reginam Henrici octauj, ex Catharina Ferdinandi, & Isabellę Catholicorum Hispanię Regum filia genitam, superduxit. Fuit hic Philippus Princeps non tantum sui sæculi potentissimus, verum paternarum virtutum emulus, auita Religione, pietatis studio, liberalitate, rebusque gestis, & multis victorijs clarissimus. Bellum cum Henrico secundo, Gallorum Rege, strenue gessit, ac primò eius oppidum Santoquintinum (quam veteres Samarobrigam dicebant) serenissimo Emanuele Phileberto Sabaudiae Duce summam rei administrante, valido exercitu cinxit. Verum Gallis id ingentibus copijs defendere, & Philippi milites ab obsidione auocare conantibus, prælium cum maxima Philippi victoria confertum est. In quo multi Gallorum primi nominis Ducum ceciderunt, plurimi capti sunt, militibus ferè cunctis, vel cæsis, vel fugatis. Alia deinde loca, Philippo Rege exercitum ducente, Gallis, Sanctoquintino expugnato, erepta. Verum cum iisdem (vt qui Princeps erat iustitię obseruantissimus, tranquillitatisque inter Christianos Reges componendę auidissimus) Isabella Henrici Gallorum Regis filia in vxorem accepta, pacem fecit, arma in communes Christiani nominis hostes conuersurus. Quod nec omisit: statim enim Garsias Toletanus maris Præfectus ad arcem Africae munitissimam, quam Pennam de Veles appellant, cum classe

REGIVM.

109 Anni
XPI.

classe mittitur; qua inter paucos dies expugnata, tum à piratis Hispaniam reddidit. Insulam Melitensem Christiani orbis propugnaculum Turcarum armis valde afflictam (à Mustapha enim terrestri obsidione, à Piali verò classe à mari premebatur) & ad tantam necessitatem continua Barbarorum oppugnatione redactam, totque tormentorum bellicorum sine intermissione repetitis ictibus conquassatam, vt Hierosolymitani Equites eam diutius retinere posse diffiderent, subsidio missò non solum recreauit, verum actis in fugam Barbaris ab interitu conseruauit. Exorto deinde Cyprio bello maxima Turcarum classis ducentarum quadraginta quinque triremium, quæ toti Europæ exitium adferebat, Ioanne Austriaco Principe Illustrissimo, cum octoginta triremibus regijs, nauibus viginti duabus, & actuarijs plurimis à Philippo fratre ire iussò, eoque Pontificijs, Venetisque copijs ex sacro fœdere coactis, adiuto, tam memoranda strage in sinu Corinthiaco ad Echinades oppressa fuit, vtea partim capta, partim depressa, cæsisque hostium millibus ferè triginta, Turcæ maris imperio exuti turpiter fugere, & Græciam ijs, quibus poterant, nauibus repetere, non sine summa trepidatione coacti fuerint. Accidit insignis hæc pugna, & ad omnem posteritatem transmittenda victoria, ipsis Nonis Octobris, anni millesimi, quingentesimi, septuagesimi primi. Locus autem, in quo tam acriter pugnatum est, mediterranei



Anni terranei maris spatiosus est sinus, Albaniam siue
XPI. Epyrum à Septentrione, Peloponesum nunc Moream
ab Oriente, à Meridie Zacynthum nunc Zante, Ce-
phaloniam ab Occidente Insulas habens, quibus à
cetero mari separatur, in eam formam, vt natura
theatrum ibidem ad tam funestum & cruentum
Barbaris spectaculum edendum collocasse & fabri-
casse videatur. Qui locus à me triremibus illac ante
aliquot annos vecto, non sine manantibus præ
gaudio lachrymis, & gratijs omnipotenti Numini
actis, summa animi mei voluptate diligentissime cir-
cumspectus fuit.

Et quoniam gloriosissimum hoc prælium, quod
vulgò Lepantinum vocant, dudum optavi scripto
illustrare, cupidine ductus, quod loci, in quo tot
Mahometici sanguinis fusa capita, spectator fue-
rim, id ex probatis auctoribus partim desumptum
in Latinum transtuli: quæ me causa potissimum mo-
uit, vt Hispaniæ Reges in compendium redigerem,
non tam intendens eos, qui ante me aliorum monu-
mentis inclaruere, describere (quos ideò delibasse
sufficit) quam opportunam aliquam sub illustri ti-
tulo eius pugnae depingendæ occasionem nancisci.
Quòd cum Hispaniæ Regis auspicijs maxima ex
parte gestum sit, Hispanorum res aggredi potius,
quam aliorum, visum fuit, & dum de Philippi 2. vita
& egregijs factis mentio fit, prælium inferre: quò
cum

eum labor meus in tantillo hoc opere conficiendo
dirigatur, quantum potui nisus sum assequi ea, quæ in
illo prælio gesta sunt, exordio, vt tantæ pugnae fons
& origo clariùs penitusue intelligatur, à Cyprio bello
sumpto.

Apud quosdam familiæ Ottomânicae Principes in
more positum fuit, vt ad summum illud imperij culmen
euecti, & Imperatores renūtiati, in aliquo sui domini
loco domum exstrui curarent hospitalem (quæ vulgò
apud eos *Almarat* dicitur) cui gymnasium, in quo eo-
rum filij leges & instituta, à pseudopropheta eorum
Mahometo in Alcorano dictata, edocerentur, adde-
batur. In hac xenodochio quisque, cuiuscunque etiam
foret religionis, tres dies continuos cum socijs & iu-
mentis a symbolus habebatur. Ea tamen erat huic
institutioni addita conditio, vt expensæ hospitali do-
mui necessariæ non aliundè essent quærendæ, quam
ex eo, quod institutor armis à Principe extero,
vel alterius religionis acquisiuisset. Huiusmodi do-
mus solum tres reperire erat, vnam à Mahometo,
qui Constantinopolim expugnauit, alteram à Ba-
iazetho eius filio, & tertiam à Solymano Selymi
patre exstructam. Quibus particulares assignati redi-
tus ex bonis à Christianis extortis; præsertim tertiæ,
cui Solymanus ex Hungariæ bonis dotem destina-
uit, quam ipse recens imperio suo adiecerat.

Selymus ergo patris morte imperiū adeptus, quod
solus ex quatuor fratribus Mustapha, Tangir, Ma-
hometo,



Anni homero & Baiazetho superesset; tale Xenodochum
XPI. maiorum exemplo excitare in animo habebat, quod
tamen structura & dote prædicta multum anteiret.
Quod dum animo sæpè voluit & reuoluit; concludit
nullam huic proposito magis accommodam fore ex-
peditionē, quam si Cyprum insulā, quæ tunc Venetis
parebat, sibi subijceret. Quā sibi tātō faciliore autumar-
bat, quod exusto Venetorū armamentario (quod Ar-
cenal dicitur) fieri non posse crederet, vt Veneti classē
naualem ad impediendam expeditionem in tempore
cogerent. Deliberatione ergo hac firmata, visum fuit
prius aliquid prætexere, quo expeditioni fucus aliquis
adderetur, & sine armis & pacificè insulam hanc à Ve-
netis petere. Mittit suo nomine Cubath Chiausum
Venetias Legatum, quid fieri velit, edocet. Introdu-
ctus in Senatum legatus, sui Principis nomine petit, vt
Respublica Veneta insulam Cyprum Græco imperio,
quod ipse iam teneret, subiectam restitueret, cum eius
proculdubio esset: quod si fecisset, & libera voluntate
ea cederet, rem iustam facturam Remp. sin abnue-
ret, Principem decreuisse, quod suum esset, armis re-
petere. Respondet Senatus Princeps Venetos iure
optimo illud regnum possidere, ideoque apud eos sta-
tutum, id omni vi & via defendere, quod confideret
DEVM seuerè animaduersurum in eos, qui illud eis
extorquere conarentur. Hoc responso Cubath Con-
stantinopolim redit: & Veneti, negotio in Senatu agi-
tato concludunt, legatos ad omnes Principes Chri-
stianos,

stianos destinandos ad fœdus sanciendum. In insulam,
cui Turca inhiabat, mittuntur bis mille & quingenti
pedites, sub Comite Hieronymo Martinengo Legato
Brixiano. Præerant tum temporis cū imperio Famauguste,
Cypri Metropoli, Marcus Antonius Bragadinus,
& Nicosiæ Andreas Dandolus: quingenti Epyrotæ, &
totidem nobiles Cyprij Equites, bis mille & ducenti
Itali, & circiter quinquies mille milites, qui urbē hanc
propugnarent. Inter hos eminebant Leonardus Ron-
conus Legatus, Comes de Rochas Cyprius, Comes
Tripolis tormētis bellicis præfectus: vndecim viri no-
biles vrbe oriundi vndecim propugnacula defendēdi
curam in se recipiunt. Famaugustæ præsidio erant duo
millia peditum Itolorū, totidē Epyrotarum, & sex mil-
lia indigenarum. præerant Astor Baglionus, Comites
Ludouicus, Nestor, & Hercules Martinēgi orti Brixia.
Belli huius in vicinas regiones fama sparsa, plures Prin-
cipes & Legati Italiæ operā suam ad militem conscri-
bendū sponte offerebāt, & multi nobiles sese huic mi-
litæ adscribi petebant. Idē & à plurimis factitatū, qui
sine vlllo stipendio militiam hanc ambiebāt. Episcopi,
Abbates, & alij Prælati magnā pecuniam contribuere
parati erāt: imò, quod amplius, aliquot priuata familię
proprio sumptu eidē bello militem alebāt. Ipse sūmus
Pontifex 12. triremes suo sumptu instruit, & fœdus cum
Philippo secundo Hisp. Rege omnium potētissimo, se-
curaturū promittebat, vt cuius maximè interesset, ob
periculū, quod à Turcica classe Siciliae suæ immineret.



Anni 114
XPI.

THEATRVM

Hoc modo octoginta triremes, & duodecim quadriremes deductæ & instructæ: quibus additæ triginta sex, à Venetis haberi solitæ ad Sinus sui custodiam, & viginti duæ ad Cretæ custodiam destinatæ, ad centum & quinquaginta ascendebant. His accedebat satis frequens nauium numerus, quæ Dalmatiam versùs nauigabant, ita vt indies auerentur.

Agebat Romæ Michael Sorianus apud summum Pontificem Legatus, & vrgebat confæderationem inter Pontificem, Hispaniæ Regem & Remp. Venetam faciendam: fuitque eam ob causam in Hispaniam à Pontifice missus Ludouicus Torres Hispanus, vt Regem compellaret, qui & in idem animo propendebat, & peroptabat, vt foedus Romæ concluderetur. Fuerunt & alij destinati ad Ro. Imperatorem & Poloniæ Regem, vt illos in Turcam exstimularent; sed horum nemo se tunc mouere volebat, quod dicerent sibi pacem & amicitiam cum illo esse. Interea Turca parato quidquid in bellum hoc necesse esse sciebat; exercitum, qui ad septuaginta quinque peditum, & septem equitum millia ascendebat, in Caramaniæ finibus ex opposito Cypri conuenire iussit, vt inde in Cyprum trajceret. Quo intellecto Veneti ad duodecim militum millia contrahunt, vt hostem animosè & fortiter pugnando propulsarent. Non cessarunt interim Ludouicus Torres, vt Hisp. Regem, & Leonardus Donatus, vt summum Pontificem in partes suas pertraherent & foedus firmarent. Hinc Rex in mandatis dedit
Andreae

REGIVM.

115
Anni
XPI.

Andreae Auria suo Architalasso, vt cum quinquaginta triremibus à Genua in Siciliam trajceret, & quidquid iuberet Pontifex, faceret: permisitque Venetis, vt quantum possent frumenti ex Sicilia transfuerent. Omnibus inde creuit animus: miles, arma, annona & munitiones bellicæ nauibus imposita, quæ omnibus rebus instructissimæ, Duce Comite Hieronymo Martinengo (qui tamen hoc itinere diem clausit extremum) ex Italia soluerunt numero centum & quinquaginta, & Cyprum ad eam propugnandam petierunt: quæ tamen à Turcis apud Rhodum oppugnata, tam fortiter se defenderunt, vt multis cæsis in Cyprum incolumes appellerent. Soluerat Constantinopoli Pialus Basla cū octoginta triremibus, sed quò tenderet, nemini constabat, quod aliquando Ægeum mare, aliquando Archipelagum nauigaret. Scripsit summus Pontifex Andreae Auria, qui cum quinquaginta triremibus Messanæ in ancoris stabat, vt Corsicam nauigaret, & se cum Zannio Veneto Archithalasso cōiungeret, quò & ventura erat Pontificia duodecim triremium classis, Duce Marco Antonio Columna, & quatuor triremes Melitenses, Duce Petro Iustiniano nobili Veneto, Rhodiæ militiæ Equite & Messanensi Priore. Credebatur tota Christiana classis conuentura: sed quod non planè inter confæderatos de fæderis conditionibus conuenisset, non nihil retardata est expeditio. Hinc quatuor huius negotij ergo Cardinales Romæ electi, Aldobrandinus, Cesium, Morenus, & Rustiucus pro
Ponti-



Anni 116
XPI.

THEATRVM

Pontifice, & pro Hisp. Rege Granuellanus & Paciecus cum D. Ioanne à Zuniga eius Legato, & pro Veneticorum Legatus Sorianus, qui proposita aliqua difficultate inter se conuenire non potuerunt, hinc negotium dilatatum. Quod tamen Philippum Regem Christiani nominis amantissimum, & verè Catholicum remoratum non est, quò minùs Andreæ Auriæ Archithalasso in mandatis daret, vt se cum septuaginta triremibus Venetæ classi iungeret, & quocūque posset modo ei auxilio esset, licet nondum fæderis tabulæ conscriptæ & firmatæ essent. Cui statim paret Auria: debebant his se ex pacto addere quatuor Rhodiæ militiæ triremes; sed harum tres in cursu à Lussalo oppressæ, vna in Siciliam fuga elapsa, capiuntur. Non deerant in tanto discrimine Christiani, nec Numen precibus & supplicationibus exorare intermittebant.

Interea tamen Mustapha & Pialus Archithalassus Turcicæ classis quam primùm in Cyprum trajicere moliantur. Habebant in mari quadringenta diuersi generis nauigia, inter quæ centum & sexaginta triremes numerabantur, & pro terra quatuor equitum millia, sex Ianitzarorum, & nonaginta peditum millia, qui tamen omnes primo appulsu in terram expositi non sunt, sed paulo post appulerunt. Hoste conspecto, quid agendum, inter se deliberant defensores, & quo pacto hosti resistendum. Baglionus, vt in bello versatus, censet equitatum, & partem peditatus Italici & Græci ad maris littus mittendum, quod hosti in terram paruo numero

REGIVM.

117
Anni
XPI.

numero, & sine ordine primùm exscendenti insignis aliqua ciades inferri posse videretur: sed contrarium censet Comes à Rochas, cui plerique ex nobilibus assensere, quod dicerent, paruum militum numerum, in quo spes tota intulæ defendendæ recumberet, tanto periculo obijciendum non esse. Prasertim quod apud maris littus nullus esset locus, quo ab hosti vi se tuto reciperent, si quid grauius accidisset, & hosti cedendum foret, cum Nicosia insulæ metropolis plus quam triginta passuum millia inde abesset: quare in consilio conclusum, vt quidquid virium in insula esset, se Nicosiæ & Famaugustæ mœnibus includeret, & defensionem incumberet, donec promissa adessent auxilia. Comitum auctoritas & nobilium parua experientia in causa fuerunt, vt sic fieret.

Appellit interim classis hostilis Limissam ciuitatem, quæ quondam Cæcias, Episcopalem, sed non munitam, & aliquot Turcæ in terram expositi ab aliquot insulanis, quos ceperant, discunt quod conclusum sit, & quantus sit defensorum numerus. Progressi vterius Salinas, exponunt in terram milites omnes, tormenta bellica, annonam & alium apparatus, bene hilares quod nullum sibi obstantem & resistentem reperirent; nam Comes à Rochas, qui Salinis cum equitatu subsisterat, tenax primi propositi, classe conspecta Nicosiam properat.

Dum Mustapha terræ vicinior fieret, veritus ne subito Christiani eum adorirentur, statim castra fortissimo



Anni 1118
XPI.

THEATRVM

ITX

fimo vallo & fossa profunda cingi iubet, firmato animo castris pedem non efferre, nisi omnibus suis in terram expositis. Mandat ergo Pialo & Alo, vt tota classe reliquos omnes milites transportarent. Quo facto Mustapha Nicosiam versus properat, exspectans singulis momentis Christianorum assultum, quod non crederet Christianos tam fore degeneres, vt muris inclusi impunè illi omnia permetterent. Cum parte exercitus, relicto equitatu & tormentis, sub mania venit. Quo motus Legatus militum Palazzus Comitem à Rochas hortatur, ne tantam benè gerendi occasionem negligat, sed equitatum & peditatum portis educat, quod hostes via & astu languidi, & nullo, quo refugerent, loco relicto, facilè deleri possent. Sed nihil apud illum valuit prudentis viri consilium, quod omnibus saluti esse poterat, Christianis enim, si hosti impares essent, ad muros vrbis patebat recessus, vbi à tormentis defendi poterant. Nullo ergo impediante, reliqua exercitus parte appulsa, (exceptis quingentis equitibus, qui apud Famaugustam stationem habebant, vt mutuum duarum vrbiũ commercium disturbarent.) Turca partim in campo, partim in monte Mandia, vbi Mustaphæ tentorium erectum, castra metatur: vbi puteis effosis magna aquæ abundantia contra incolarum opinionem inuenta. Primis diebus aliquot Turcæ equites loca vrbi vicina percurrunt, vt inclusos ad pugnam excirent, sed Duces excundi veniam negabant, quamuis nobiles & regni iuuenes multum

REGIVM.

119

Anni
XPI.

multum id expeterent. Tandem multa importunitate excurrendi venia extorta, primo congressu multi hostiũ cæsi; sed quod ex omni parte hosti subsidiũ aduolaret, cedendum Christianis fuit: cecidere ex Christianis aliquot, & inter eos Dux Cartesus nomine. Turcæ deinde, ne maiorem ab vrbis tormentis cladem caperent, quatuor excitant propugnacula, quæ mira celeritate noctu absoluunt. Sed quod his se vrbi nocere non multum posse animaduernerent, quam quod altiores aliquot domos euerterent, propius ad veteris vrbis fossam accedunt, & munitionibus productis ad vrbis propugnaculum Podacatarro dictum moliuntur, & hic quatuor eductis propugnaculis, quæ solum octoginta passus à fossa distarent, vrbem tormentis quater incipiunt, Christianis illis vicissim ex vrbe talionem reddentibus. Sed videns Mustapha se tormentis parum proficere, propius vrbe castra locat, & fossam latam & altam duci, & terram effosam versus vrbem eijci iubet, in qua milites plurimi sclopis instructi excubarent, qui destinatis ictibus omnes, qui in vrbis mœnibus apparerent, ferirent, ita vt nulla nec diu, nec noctu requies daretur, & ipse maiori cum securitate propugnaculorum frontes & extrema tormentis deijceret. Quo periculo excitati defensores concludunt mille pedites, partim Italos, partim Græcos vrbe emittendos, & Duce Comite Alberto Scoto hostium castra Meridie inuadenda, quod eo tempore Turcæ exarmati ob estum cubarent. Vnde facilè excubitores

+ Nicosia Cypri
Mitropolitæ



Anni
XPI 120

THEATRVM

cubitores cæsi, & duo propugnacula capta: sed quod equitatus pediti non veniret subsidio (in quo grauissimè erratum) coactus miles, qui viam ad victoriam pararat, pedem referre & benè cepta non prosequi, relicto in hostium manibus Comite Alberto Scoto. Hinc facilis hosti patefacta oppugnatio, quam Mustapha iam ad vnum solum propugnaculum, modò ad duo, modò ad tria, & denique corona urbem inuadit tanta diligentia & ardore, vt paucis diebus quindecim insultus fierent, quibus ex vtraque parte innumeri milites ceciderunt, ita vt ciuitas defensoribus vacua remaneret: & vltima oppugnatione vix quadringenti milites Itali sani superessent.

Mustapha etiam videns suos valdè decreuisse, Pialo mandat, vt ex classe militum subsidium mittat: parat ille, & Duce Alo Bassa, circiter viginti millia eò ire iubet. Vbi adfuerunt, statim placuit urbem oppugnari. Adoriuntur Mustapha & Alus propugnacula dicta *Auila* & *Tripolis*, Caramannus Bassa, aliud dictum *Podacataro*, & Mustapher propugnaculum *Constanzo* nomine. Propugnant egregiè Christiani, & oppugnantes magna cæde repellunt: sed quibus defensio *Pedacataro* propugnaculi mandata, quod numero pauci essent, cedere coguntur, & hosti locum dare, licet Itali & Græci magno animo resisterent. Audito tumultu & clamore, quem hostis tam intrans edebat, Comes à Rochas adcurrit cum nobilibus suis auxilio, sed quod hostis tantus esset, nihil effecit, & post multā hostium stragem

REGIVM.

121 Anni
XPI.

stragem, & quæcunque possent magnæ virtutis edita facinora ipse Comes, quiq̃ue cum illo erant, opprimuntur, cadunt, cæduntur. Hostis urbem capit, obuios cædit, vici sanguine & cæde replentur, nec ab eo cessatum vsque diei horam sextam. Trucidati Episcopus Bussi, Marcus Antonius Prialus, Petrus Pisanus, qui a consilijs erant, Petrus Albinus magnus Cancellarius, Antonius Pasqualigus Camerlingus, Comes Tripolis cum fratre, & alij primæ notæ. Post hæc ad prædam discurret Turca, quæ maxima fuit, quod urbis primariæ & regni opulentissimi metropolis esset. Hoc modo capta Nicosia, & hic obsidionis exitus, sed non Græcorum miseræ, qui Constantinopolim & aliò in miserâ seruitutem rapiiebantur. Inter hos infelix Comitis Tripolis vxor & duo filij nauim vehebantur cū alia Græca nobili femina, quæ non ferentes se ad seruiendum CHRISTI hostibus rapi, igne pulueri tormētario iniiciunt, & generoso animo cum alijs mortem seruituti miseræ anteferunt, nauim enim ignis vi disrupta, omnia in sublime tolluntur, & quotquot ea vehebantur, pereunt.

Dictum supra controuersias in fœderis legibus fuisse, & super ijs disputatum inter partes; nunc tandè his cōditionibus cōuenere: vt Rex octoginta armaret triremes & naues viginti, Pōtifex duodecim Duce Marco Antonio Columna, sed summū in classe imperium haberet D. Ioannes Austrius Regis frater naturalis, cui omnes alij subessent: vt expensæ in sex partes distribuerentur, quarū vnā Pontifex, sex Rex, & duas Venetus persol-



Anni 122
XPI.

THEATRVM

perfoluerent, & secundum proportionem expensarum quisque partem in acquisitis haberet: ut bellum hoc pro DEI gloria gereretur.

Cum iam bona pars exercitus Christiani conuenisset, & optimè instructus, hostem statutum esset aggredi, ab Angelo Soriano discitur, iam Nicosia hostem positum: quo ducum animi consternati; ob certas causas resoluunt Columnam & Zannium versus Cretam nauigare, & Andream Auriam Messanam properare debere.

Mustapha ergo quadraginta quinque diebus tam nobili vrbe capta, etiam cum eis, qui in montana loca confugerant, paciscitur, libero eis concessio in Nicosiam reditu, & terræ cultura, ibidem Gubernatore cum quatuor peditum millibus & mille equitibus relicto.

+ Mustapha

Ipsa cum reliquo exercitu versus Famaugustam, quam solum in toto regno habebant Christiani, mouet, excavatisque fossis ad tormenta disponenda, initium obsidioni dedit, & misso ad Bragandinum, qui vrbi cum imperio preerat, capite Dandoli, qui regno preauerat, ut ei timorem incuteret, urbem quaterere cepit, sed quod aduerteret maiori vi opus esse, ut totum regnum subiugaret; maiora auxilia aduocauit, & exercitum ad ducenda militum millia auxit, inter quos erant quatuordecim pretorianorum, vulgo Ianitzatorum, millia, qui ex Natolie, Caramanie & Syriæ prefidij & partim ex ipsius Turcarum Imperatoris pretorianis euocati erant, sexaginta millia peditum, qui stipendia merebant, & sexaginta, qui

ex

REGIVM.

123 Anni
XPI.

ex præda militabant, qui fama opum Famaugustæ excitati, & lucro, quod multi in Nicosiæ direptione parant, inuitati, vndique aduolabant. Præterea sexaginta cuniculariorum millia. His omnibus, præter Mustapham summum Imperatorem, Græciæ Belerbeius, & Alepiensis, Natoliæ, & Garamaniæ, Mustapher, Nicosiæ, & Damasci Bassæ, Ianitzatorum Aga, & tres Arabes Sciambelletus Beius, Solymannus Beiur, Fergatus Beius, & Ferca Famburarus præerant.

Erant Famaugustæ tunc temporis in præsidio bis mille pedites, bis mille & quingenti Græci, & totidem Itali, quibus cum imperio præerat Astor Baglionus, penes quem rerum summa erat, Marcus Antonius Bragandinus caput vrbis, & alij Duces & præfecti, ut Laurentius Thiopolus, Comites Ludouicus, Nestor & Hercules Martinengi, Andreas Bragandinus Castellanus, Antonius Quirinus, Fredericus Baglionus, Hercules Malatesta, Petrus Comes Marchianus, Comes Sigismundus Casoldus, Comes Franciscus da Lobi Cremonensis, Comes Iacobus della Cerbera, Eques Maggius, & alij, qui diuino fidei auxilio se ad vrbis defensionem accingebant.

Turcæ primū (ut dictum est) in fossis &munitionibus excavandis ad tormenta disponenda & muros verberandos, & ad defensores, ne se ostenderent prohibendos, toti erant. Baglionus & Bragandinus, dum Turcas appropinquare muris viderent, ad vicum defendendum singularem curam gerebant, & selectam militum cohortem

L 2



Anni 124
XPI.

THEATRVM

cohortem ponunt in loco, in quo murus verberabatur. Mandatum Andree Bragandino, vt castrum & locum maritimum omni diligentia custodiret. Tres tribunos ad ignes artificiatos repellendos deputarunt, quibus sexaginta milites in hacre exercitatissimos addiderunt. Tormenta eis locis disposita, vbi hostis videbatur maximè urbem quaterere velle. Denique, vt maior militi adderetur animus, iussit Bragandinus, vt trigesimo quoque die ei stipendium numeraretur, & in manibus agenti iussit dari vinum, caseum & cibos liquidos & carnem salitam, sic vt nihil emeret miles præter panem. Prioribus diebus sæpius vrbe erumpebant milites, & magno robore hostem summouebant, multosque cædebant. Sed his eruptionibus cecidit vnus Tribunus nobilis, cuius cohors data fuit Ludouico Martinengo, quod tam Itali quam Græci à magno Turcarum numero repulsi & cedere coacti essent cum magno suo damno: vnde statuere Præfecti, ne quis amplius vrbe exiret.

Interea Turcæ vsque muros ferè munitiones perduxerunt, & erectis duodecim propugnaculis, sexaginta quatuor in eis tormenta posuerunt, & inter ea quatuor basiliscos inuisitatae magnitudinis, quibus ex quinque locis urbem quaterere incipiunt. Quinto loco, in quo erant triginta & tria tormenta magna, portam Limissi verberare primùm inceptant (quo loco erat Imperatoris tentorium) & domos euertere. Hinc ciues videntes se eo loco tutos esse non posse, sub

REGIVM.

125 Anni
XPI.

sub mænia secesserunt. Tanta fuit tormentariorum Christianorum dexteritas & in iaculando peritia, vt breui tempore quinque hostium tormenta perfringerent, & tot globos ferreos emitterent, vt multa hostiū millia sternerentur. Sed quòd præfecti vrbis crebris iaculis puluerem tormentarium breui consumendum viderent; decernunt ne plus trecētis vicibus in dies singulos iacularentur, licet hostis à iaculando nunquam cessaret, ita vt duorum mensum spatio centum & quadraginta millia globorum ferreorū iaculata fuisse dicantur: licet minore, quam Turca sperarat, fructu & progressu. Hinc ad cuniculos agendos conuertitur ad S. Nappæ, & Campi sancti turrim, persuasi Christianos eis non posse resistere.

Baglionus de hostium mente certior factus, de Equitis Maggij consilio contrarios cuniculos effodit, quibus hosti suos inutiles reddidit. Sed Gambalatus Beius iam cuniculum ad armamentarium produxerat & perfecerat, Mustaphæ Imperatoris iussu: qui militem ad impressionem paratum esse iusserat. Igne imposito horrendo boatu muri, licet crassissimi, dissiliunt, & magnum hiatum faciunt. Quo ab hoste conspecto, magno gaudio & clamore ad impressionem accurrit, & murum scandit: quod Tribuni Petri Comitibus milites perculsi nihil aut parū resisterent. Sed eò aduolans cū sua cohorte Comes Nestor Martinengus tãto ardore hostem adoritur, vt statim cedere cogeret: & licet quinque horas duraret pugna, & sexies redintegraretur;



Anni XPI. tantus tamen fuit Baglioni animus & strenuitas, qua inter primos & ante alios hostem aggrediebatur, & multos Turcas propria manu sternebat, & tanta Bragadini diligentia in recenti milite submittendo, vt Mustapha tot suorum cadere videns, receptui cani iusserit. Cæsi eò die ex primatibus Comes Franciscus Gorius & Bernardinus de Vgubbio militum ductor, & vulneratus Hercules Malatesta.

Paucis elapsis diebus experiri voluit Mustapha, si quod ante non potuerat assequi, iam posset duobus locis oppugnationem ostentando, quod diuiso militum numero debiliior videretur resistentia. Ad armamentarium fortiter propugnabat Nestor Martinengus, & magno robore oppugnantes repellebat. Ab altera parte magis vrgebat periculū, quod cuniculo deiecta esset lorica: quo conspecto armis Turca instabat prædespe illectus, & Mustaphæ seuera comminatione perterritus: aderat enim ipse oppugnationi, & nullum præstantissimi Imperatoris munus intermittebat. Comes Hercules Martinengus primum impetum sustinebat: & adfuit frequens miles & ciuis, inter quos & femina, quæ pro patriæ salute se periculis obiectare non formidabant. Hoc in conflictu emicuit Episcopus Limissensis, qui cruce prælata, mortis periculo spreto, nec iaculorum imbrem formidans, mania ascenderat, vt propugnatoribus animum adderet: hac valida impressione cū nihil effectum esset; facile videbat Mustapha maiore vi & labore esse opus, vt Christianorum

Anni XPI. stianorum animos contunderet. Excitat propius urbem septem propugnacula, ex quibus sine intermissione octoginta maioribus tormentis urbem verberari iubet. Hinc oppidans coeptus metus incuti, quod die naturali quinquies mille ictus facti essent. Eques Maggius, quod se diutius resistendo non esse aduerteret; cuniculum excavari iubet, cui in maxima Turcarum impressione ignem iniici iubet: ex quo plus quam mille strenui Turci ignis vi cum armis in sublimè lati, & inter eos plus quam centum Christiani cum Tribuno Roberto Maluezzo: Turcæ tam inopinata re attoniti, coeptam impressionem prosequi non ausi, sed post triduum portam oppugnant, cui aliquot sua signa imponunt. Sed Baglioni, qui cum Ludouico Martinengo eius loci defensionem susceperat, tam validè in hostes irruit, vt multis cæsis alij loco pellerentur. Singularis fuit eo die Baglioni virtus, qui signo ex signiferi manu raptus eo die potitus est.

In classem conscenderat D. Ioannes, & cum eo Rudolphus & Ernestus Imperatoris Maximiliani filij, qui à patre reuocati in Germaniam nauigabant, & multi primæ notæ Principes & nobiles, & cum quadraginta septem triremibus Barcinone soluens, tandem Messanum appulit, vbi Columna & Venetus eius aduentum operiebantur.

Mustapha obsidionem Famaugustæ continuabat, nihilque intentatum relinquebat, vt urbem caperet. Inuentum nouum & nunquam vsitatum excogitat:



Anni 128

T H E A T R V M

colligi curat magnam cuiusdam ligni (quod Italicè Teggia dicitur) quantitatem, quod facile ignem admittit, & ardendo intolerabilem excitat factorem, & ante portam in fasces ligatum proijci, & incendi, quod tantam flammam concepit, vt multæ aquæ vrnæ incendio exstinguendo non sufficeret: ita vt Christiani flamma & factore tetra cedere cogentur, saxa & terram ex porta iacentes. Turcæ eo loco contra portam ingens tormentum collocant, & collem altum ex terra excitant. Et licet Duces vrbis animo non caderent; tamen ciues, qui videbant vxores & liberos vberimas lachrymas oculis fundere, certiores annonam in vrbe deesse, & nihil ad cibum superesse, quam panem & fabā, & in potum acetum aqua mistum, & plerosque milites caesos, & raros in stationibus esse, eosque laboribus & vigilijs exhaustos, ad duces supplices concurrunt, vt, quandoquidem iam nulla conseruandi se & defendendi spes superesset, nunc saltem vitæ conseruationem & charæ patriæ libertatem honesta pactione redimerent. Conatur Bragandinus certa breui venturi auxilij spe timorem hunc tollere. Turcæ cuniculis ignem subijciunt, quo quidquid reliquum erat ex armamentarij turri, disiectum & euersum cum multorum militum ruina. Quo animati Turcæ magno clamore in urbem pluribus locis euadere nituntur: resistunt fortiter Christiani, & eos saxis, igne, iaculis, & telis repellunt: sic vt cadente die cessaret oppugnatio: sed simul cum luce orta oppugnationem

R E G I V M.

129 Anni

gnationem ex omni loco restaurant, sed rursus à propugnantibus ad tentoria repelluntur. Attamen Baglionus, Bragandinus & alij Duces certiores, diutiùs urbem defendi non posse, quod inter alia, quibus egebant, summa erat pulueris tormentarij penuria, cuius solum septem supererant cadi; concludunt ex re fore, patriam sartam tectam habere, quod eo modo & vita salua esset. De quo Mustapham certiores fecere, & inducias pepigere, & ad eorum, qui de transactione agerent, securitatem, duos obsides Comitem Herculem Martinengum & Mathæum Gorsum nobilem ciuem Famaugustanā in hostis castra mittunt, in quorum vicem Mustapha duos militares vicarios in urbem destinat. Baglionus de conditionibus cum dictis Vicarijs egit, & tandem in hæc capita conuentum: vt omnes Duces & milites salui dimitterentur cum armis & quinque tormentis bellicis, & Mustapha eis ad transuectionem in Cretam vsque naues daret: vt Cyprus domi manere & suis bonis frui, & in Christiana religione persistere liceret. Qui articuli à Mustapha acceptati & signati fuere: qui sanè Mustapha sibi magni Ducis nomen parasset, quod duorum mensium spatio urbem, quam expugnari plerique negabant, à tam strenuis Ducibus defensam cepisset, nisi indebili periurij & infidelitatis macula illud deturpasset. Dum enim Bragandinus, Baglionus, Ludouicus Martinengus, Ioannes Antonius Quirinus, Andreas Bragandinus, & alij nobiles, cum quinquaginta militibus ad

XPI.

+ in ciuitate.

+ vt

Musta-



Anni 130
XPI.

T H E A T R V M

Mustaphæ tentorium peruenissent, vt ei vrbs claues traderent; magno prius eos honore excepit, & de multis cum eis loquens tandem queritur induciarum tempore aliquot Turcas in vrbe cæsos fuisse, quod cū non ita se habere (erat enim falsum) Bragādinus affirmaret, exarsit ira barbarus, & omnes Christianos in vincula cōijci mandat, vndè post in aream quandam, quæ ante Ducis tentorium erat, singulos perductos inaudita crudelitate trucidari & in frustra conscindi iussit. Postquam ter vel quater Bragandinum collum carnificis gladio submittere coëgisset, mandat primū ei aures secari, & alijs tormentis cruciari, quæ omnia ille CHRISTI amore æquo animo tulit, ne vno quidem ex eo verbo audito. Eadem hora trecenti milites, qui in castris erant, crudeliter necati.

Intrat Mustapha urbem septima Augusti die, & statim Thiepolum recte suffocari iubet, & decem elapsis diebus, quibus plurimos Christianos excruciat & necarat, in locum publicum perductum Bragandinum & ferro ad collum onustum tormentis subiecit, et viuo pellem detrahi iubet. Quod crudele tormenti genus tam æquo animo et hilari vultu ab eo toleratum, vt credere fas sit illum in cælo martyrum choro additum æternum gaudere. Qua crudelitate nondum satur Tyranni animus pellem stramine impleri et distendi mādāt, et ex triremis antenna suspendi, et per omnes regni fluuios ferri. Rebus ergo vrbs ex parte compositis, et gubernatore relicto Famburaro, & vi-

R E G I V M.

131 Anni
XPI.

& viginti peditum, & binis equitum millibus ad regni præsidium dispositis, redit Constantinopolim Mustapha, ingentem vbiq; fastum, quasi triumphum spirando, præ se ferens, fuitque à suo Imperatore ob rem benè gestam in magno pretio habitus.

Hoc rumore per Italiam sparsa, magnus Christianos metus inuasit, quod crederēt se statim in seruitutem redigendos, & Turcas rerum dominos omnes Christiani orbis prouincias sub iugum missuros.

Dum iam tragicum videretur in foribus esse malū, & ad incitas iam se pleriq; redactos existimarēt; noluit summū Numen potentiam suam latere, nec sibi confidentibus in extrema necessitate deesse, sed sic Christianorum res disposuit, vt seposito luctu omnes incredibili & maxima afficerentur lætitia. Appulerat iam D. Ioannes Austrius Messanam, conuocatisque confederatorum legatis & alijs Proceribus & militiæ præfectis, vt de rerum summa cum eis deliberaret; obtulit Ascanius Cornius scriptum, quo enumerata Turcarum potentia, quamque triremium numero Christianos anteerent, concludebat, non è re nostra esse prælium inire, sed satius fore moram trahere, donec Cretenses triemes se nostris iunxissent: quæ si non adessent, cōsultius videri Brundisium versus ad Turcarum excursiones, quibus Dalmatiam terra & mari infestabant, prohibendas nauigare. Probatur omnibus opinio; sed tamen visum aliquo tempore iter illud suspendi, & quæ deerant, triemes expectari: quæ tamen



Anni 132
XPI.

T H E A T R V M

men postridie cum summo omnium applausu se in conspectum dedere. Vehabantur ea classe Prouisores Antonius Canalis & Marcus Quirinus, numerabanturque duæ supra sexaginta triremes armis & omni re necessaria instructissimæ. Cùm iam Duces cõfœderatorum in vnum coactas vires viderent, quodque numerus ad ducentas & septem triremes maiores, sex minores, & viginti quatuor naues ascenderet (nam Pontificiæ erant duodecim, Regis Catholici vna supra octoginta cum viginti & duabus nauibus, Reip. Venetæ decem supra centum, & sex quadriremes & duæ naues, & Melitensiu militũ quatuor, quibus imposta viginti duo Italorum, Hispanorum & Germanorum peditum millia, inter quos primæ notæ nobiles, Principes & Magnates, quorum facile primi Alexander Farnesius Parme Princeps, Franciscus Maria Rouerius Urbini Princeps, Paulus Iordanus Ursinus Braciani Dux) conuocat D. Ioannes qui ei à secretis consilijs erant, eosque consulit quid faciendum videretur: concluditur satis virium esse ad cum hoste congregiendum. Conuocatur consilium aliorum Imperatorum & Principum, multæ & variæ vltro citroque dicuntur sententiæ, ad vltimum decernitur Orientem versus nauigandum, & si hostis se in conspectum daret, eum inuadendum. Quo facto Messana soluit classis, Cephaleniam & inde Paxum nauigat. Hic quid accidit, quod penè omnia euertit, & D. Ioannem ita turbauit, vt penè expeditionem tam illustrem putaret sibi e manu

*Classis
Christiana.*

R E G I V M.

133 Anni
XPI.

manu euelli. Vt classi melius de præfidiarijs prospectũ esset, iusserat per Venetas triremes certum Hispanorũ & Italorum militum numerũ distribui. Inter reliquos in triremi, cui cũ imperio præerat Andræas Calergus nobilis Cretensis, agebat cum sibi subditis militibus Tribunus Mutius nomine Hetruscus, Cortone natus, homo factiosus & mordax. Hic in controuersia quadam multa in nobilissimã Venetam gentem conuitia euomuit, quæ in eiusdem ignominiam & calũniam caderent: erat enim ridendo profusus, & maledicendo acerbus. Quo audito Venetus Imperator, ne malum latius serperet, prudenti admodum consilio coeptam seditionem restinguere decreuit.

Vocat Mutium Thalassiarachus cum quatuor socijs, vt subsannationis causa intellecta, negotium componeretur. Sed longè abfuit, vt compareret Mutius, & obediret, sed sprete thalassiarachi citatione cum aliquot cohortis suæ armatis ad eum properat, & in humero sclopo fauciat, & duo alij ex socijs in pugna caduntur. Quam iniuriam à priuato homine publicæ patriæ maiestati illatam Venerus insolentium & perniciosorum hostis acerrimus non ferens, naui prætoria triremim, in qua Mutius erat, aggreditur, & Mutium (qui in pugna fauciatus fuerat) cum tribus socijs comprehensum statim ex prætorix antenna suspendit, vt ab omnibus conspicerentur. Hæc res grauissimam iram Venero apud D. Ioannem excitauit, quod contempta suprema eius auctoritate Tribunum Mutium, qui

M

Hispa-



Anni 134
XPI.

THEATRVM

Hispaniarum Regi militabat, tam pudibunda morte affecisset: si enim peccauerat, eius, vt supremi Imperatoris, erat, cum merita poena afficere. Venerus contra asserebat Mutium publicae maiestatis violatae reum meritis poenas luisse, quod in triremi Veneta tam fædè & insigni linguæ petulantia Venetum nomen conuitijs proscidisset. Tandem D. Ioannes à Columna & Barbarigo persuasus se paulatim leniri passus est, ea tamen addita conditione, quod id inultum non sineret, nisi aliter Respublica statuisset, & quod in posterum non amplius cum Venero, sed cum Barbarigo, vt facilioris genij, agere vellet. Quare publicae offensionis publicum bonum anteponentes gerendi belli curam pròpto animo reassumunt, & quatuor triremibus ex armatis alijs instructis, iter institutum hoc ordine prosequi concludunt. Mandatum fuit Ioanni Cardonio, vt cum octo triremibus reliquam classem decem vel duodecim millibus passuum antecederet, & hostem detegeret, quo detecto in dextrum cornu se reciperet, vbi ei suus attributus locus, quod Ioannes Andreas Auria ducebat, & magis versus mare se porrigebat, constabatque quinquaginta quatuor triremibus. Sinistrum ducebat Augustinus Barbarigus, numerabanturque in eo totidem triremes, & terræ vicinior erat. Media in classis acie nauigabant tres summi Imperatores, habebatque sexaginta & vnam triremes. In classis tergo erat Marchio Sanctæ Crucis cum triginta triremibus: præter has omnes erant aliae decem.

REGIVM.

135 Anni
XPI.

decem, vt Imperatoribus auxiliares essent, si periculum ingrueret, duæ D. Ioanni, duæ prætoriae triremi Pontificiæ, & totidem Venetæ, duæ in cornu dextro triremi Andree Auria, & duæ in sinistro triremi Barbarigi destinatae erant. Erant D. Ioannes in medio classis, cuius dextrum latus Columna, sinistrum Venerus claudebat. Apud Columnam in triremi Ligustica erat Parmæ Princeps, & apud Venerum in prætoriae Ducis Allobrogum Urbini Princeps. Extrema cornuum à suis Ducibus custodiebantur, in altera parte dextri cornu erat Andreas Auria, in altera Cardonius, qui in prima acie, vt dictum est, non erat: similiter in altera sinistri parte erat Barbarigus, & in altera Prouisor Quirinus. Omnes triremes erat indifferenter inter se iunctæ, nec Pontificiæ, Hispanæ aut Venetæ separatae. Signum ad hostem inuadendum erat vexillum rubrum in prætoriae D. Ioannis erigendum. Præmittebantur naues seu triremes maiores, quæ remis & velis agebantur, quantum ad aperiendam priorem Christianæ classis partem necesse erat, vt tormētis classis inimicam verberarent. Hoc ordine nauigabat classis, & quarto Octobris in sinum Cephaloniæ conuenit, & sequenti nocte soluit ad portum Petalæ ex opposito scopulorum, qui vulgò Cruzzolari dicuntur, quam tamen ventus contrarius remorabatur in portu vallis Alexandriae. Hoc in portu Duces certiores literis Pauli Contarini Zacynthi Prouisoris & Marini Cretæ generalis Prouisoris de hostilis classis



Anni 136
XPI.

T H E A T R V M

classis statu, simulque de Famaugusta ab hoste capta redduntur. Quæ res tantum absuit, ut nostrorum animos deijceret, ut potius ad alacriter pugnandum excitaret, quod sperarent se mortem multorum à Turcis cæcorum ulturos, ita ut omne tempus diuturnum videretur, quo ab hoste inuadendo detinerentur. Hinc D. Ioannes die sexto noctu vigilia secunda, importunis Barbarigi precibus, quas plurimi faciebat, motus, licet mare & venti obstarent, ex portu cum classe soluens versus scopulos, Cuzzolari dictos, classem nauigare iubet.

Turcica Classis. Eodem die Turcarum Imperator per classem quatuordecim peditum millibus Duce Mahometo Sirocco Alexandria Præfecto distributis, Christianis mancipijs vincula induit, & ex sinu Lepantino classem nauigare iubet, quam hoc ordine nauigare iubet. Ducebat sinistrum cornu cum quinquaginta quinque triremibus dictus Mahometus Siroccus, dextrum cum nonaginta quatuor Luzzalus Algerij Rex, medium cum nonaginta sex triremibus & biremibus duo Bassæ Alus & Portaus, postremum agmen clauderant triginta naues speculatoriæ, liburnicæ & triremes. Eadem nocte Turcica classis ad Galangæ sinum apparet, vbi reliquum diei & noctem vsque sequentis auroram egit, sperabant enim se apud Cephaleniam Christianam classem reperturos & insulam expugnatos, vnde paululum progressa statim

248
triremes.

R E G I V M.

137 Anni
XPI.

statim in Christianæ classis conspectum se dedit. Qua conspecta statim à Christianis aer clamore læto, tubarum clangore, tympanorum strepitu, aliorumque bellicorum instrumentorum sono repletur. Vndique arma expediuntur, parantur tormenra & ignes arte facti, explicantur signa, præsertim regium illud, quod pro symbolo ad pugnam ineundam extendi iussum erat. Proponuntur vexilla Pontificia, Regia & Veneta. Soluunt Christiani omnes ad remum pro crimine aliquo damnatos: denique omnes triremes suo se ordine ponunt, præcedunt suo loco naues longæ. Loci verò, vbi hæc agebantur, ea erat forma & dispositio, ut quasi vndique terra circumseptus clarè indicaret, aut vincendum esse, aut classem hosti relinquendam. Circuitu suo circiter ducenta passuum millia complectitur, latitudine viginti, vel paulo plura: à Septentrione (ut supra dictum) Epyri parte, à Turcis Natalico dicta, clauditur, cuius longitudo à S. Maura, olim Leucadia, Naupactum, nunc Lepantum dictum, vsque ad octoginta passuum millia extenditur. Ab Oriente habet Peloponnesum, nunc Moream dictam, que vsque Dardanellos & promontorium Tornesium nominatum ad leptuaginta passuum millia excurrit; à Meridie habet Zacynthum insulam, quæ ad viginti quinque passuum millia porrigitur: ab occasu dictam insulam Cephaleniam & sanctæ Mauræ, quarum prior se quadraginta, & altera quindecim passuum millia porrigit.

North.

East.

South.

West.



Anni 138
XPI.

THEATRUM

porrigit. In huius sinus medio ad continentis latus tres scopuli mediocres, dicti Cruzzolari, visuntur, à terra circiter passus mille, à Naupacto passuum triginta millia, à S. Maura quadraginta quinque, à Cephalenia septuaginta, & à Zacyntho octoginta distantes.

Dum iam Turcica classis se in conspectu dedisset, in lembum transcendens D. Ioannes cum Ludouico Cardonio & altero, qui ei à secretis erat, à puppi omnes triremes visitat, duces monet & milites, ne sibi tanta oblata occasione desint, CHRISTI bonitate, sub cuius signis merebant, nisi, certam faciens victoriam. Inde in suam triremem reuersus, omnia ad pugnam necessaria expediri iubet. Alij duces & rectores pro se eniti, & militem ad pugnam conserendam hortari. Capucini & alij Sacerdotes, qui frequentes in classe erant, suo muneri grauius incumbere, cruce plerique prælata efficacissimis verbis militem ad fortiter pugnandum monere, quod in eius pugnae euentu Christiani nominis salutem consistere assererent. Mirum visu sanè: nam qui ad eum usque diem capitales inter se gessissent inimicitias, in mutuos ruebant amplexus, & iniurias præteritas condonabant, & quisque se ad benè & Christianè moriendum parabat.

Nec deerant sibi Turcæ, læto clamore & magno animo ad pugnam veniebant, & se iam victores iactabant, quod vento vterentur prospero: quod sanè in nauali pugna maximi momenti est. Augebat animum, quod viderent Andræam Auriam cum dextro cornu
altius

REGIVM.

139
XPI.

altius in mare nauigare, & crederent cum fugam capeßere, vt extra teli iactum esset: idem de Luzzalo sentiebant Christiani, qui læuo cornu oppositus idem faciebat. Circa horam decimam septimam vento cadente & maxima exorta malacia, duæ hæ potentissimæ classes paribus animis adsunt & viciniore sunt, iam in D. Ioannis prætoria erecto sanctissimæ Crucis signo, quo viso Christiani in preces lacrymis vberissimis perfusi prorumpunt, DEO supplicantes, vt dicti signi virtute hostes Crucis conterat & eorum animas, qui pro fide & patriæ salute caderent, ad electorum sedes transferat. In fronte classis sex longæ naues (vulgò Galeazze dictæ) erant, quæ remis & velis agebantur, harum binæ in media acie, & binæ in singulis cornibus collocatæ erant, & vnaquæque quadringentos milites & sexaginta bellica tormenta & ignes ad offendendum paratos ferebat, utq; celerius ferrentur nonnunquam remigio & remulco biremium trahebantur. Hæ tam validè se gesserunt, vt ad victoriam portam aperirent, nam frequenti & iterato tormentarum ictu hostium classem, quæ inter se condensata erat, disicerunt, vt parum abesset, quin eo loco hostis tergum verteret, quod videret se à sex his nauibus solis tanto furore impeti, vt iam instans suum prælagiret exitium. Christiani contra iam animo elati ad hostem proterendum, qui iam nutare videbatur, se accingebant. Videbantur enim Turcicæ triremes remis, malis & gubernaculis deiectis, huc illucque per mare vagari, & classis

Prælium
incipit.



Anni 140
XPI.

THEATRVM

classis Christianæ tormentorum impetum declinare. In sinistro tamen cornu terram versus acerrimè concurritur, quod vtrunque ferè æquo Marte res ageretur, & nunc huc, nunc illuc victoria inclinaret. Cadebat fortissimus quisque, & tormentis, balistis, iaculis, maioribus sclopis, & etiam manuarijs pugnabatur. In quo conflictu dum Prouisor Barbarigus armatus & dextra gladium tenens huc illucque discurret, & fortissimi Ducis & strenui militis munia implet, oculum sagitta sauciatur, & à quinque triremibus Turcicis circumuentus, occiditur. Cernit cadentem Andreas Sorianus ei à secretis, & statim iubet illum inferius in nauis promptuarium deferri, vt eius vulneri medela adhiberetur. Statim Fredericus Nanus & Comes Siluius de Porcia, duo viri fortissimi, in locum Barbarigi succedentes barbaros inuadunt, & rara virtutis & fortitudinis dederunt exempla, licet dictus Comes Siluius in latere & femore duobus iaculis vulneraretur; tamen Barbarigi triremis, quæ iam à Turcis ad malum vsque occupabatur, fuit defensa, & barbari à Comite eiekti. Hic etiam emicuit memoranda Marci Cigognæ fortitudo, qui inter sex Turcicas triemes inclusus, & saxis, iaculis vndique appetitus, & facie & vtraque manu vstulatus, & mortis periculo vltimo expositus, animo non cecidit, nec se deseruit, sed fortiter tam violentum assultum iustinuit, donec à Christianis auxilio subleuatus, quinque hostium naues fugaret & sextam caperet, & Coraperum pyratam in
suam

REGIVM.

141 Anni
XPI.

suam potestatem redigeret, retento aureo vexillo & multis signis militaribus & armis, quæ post Venetias lata, fuerunt in pugnae memoriam in armamentario conseruata. Nec minore fortitudinis laude hic potitus Prouisor Antonius Canalis hostili cruore totus madens, qui deposito suo habitu, ne gressu titubaret, calceos ex fune contextos pedibus induit, & ne pondere armorum grauaretur, vestem longam gossypinam & in capite eiusdem materiae pileum sumit, qua veste à sagittarum ictibus securus erat. Pari quoque virtute æternum sibi nomen parauit Ioannes Contarinus, qui à Sirocco Alexandriae rectore celebri pyrata à latere impetitus, magno in discrimine erat, ne deprimeretur: sed aduersarium vulneribus grauem, ex quibus post obiit, eius triemi prætoria depressa & opimis & ditibus captis spolijs, cepit. Ceciderunt in hoc conflictu præter prædictos Marinus Contarinus Barbarigi nepos, Vincentius Quirinus & Andreas Contarinus. Omne Turcarum cornu dextrum huic oppositum initio à longis nauibus verberatum & quassatum, & post à triremibus oppugnatum, & denique à Prouisore Quirino à triemium Venetarum recenti classe terram versus conclusum, planè disiectum fuit, Alo pyrata & Mahometo Beio Nigroponti præfecto captis. Erat hic Mahometus magnæ prudentiæ, qui semper hanc in Christianos expeditionem disuaserat, & auctor fuerat vt Cypri expugnatione & damnis maritimis locis illatis contenti, Turcæ pugna nauali cum Christianis
super-



Anni
XPI. 142

THEATRVM

superfederent, quod cum fortibus, animosis & ad desperationem redactis, & in re nautica optimè versatis res illis futura esset: quam si expeditionem ad tempus suspenderent, futurum vt confederatio, quã Christiani inter se icerant, dissolueretur & in fumum iret. Filius dicti Portai cum alijs multis fuga elapsus est, nauibus terram versùs adactis. Dextrum cornu altiùs in mare euectum (nescio an infortunio, an negligentia, an secreto aliquo & ignoto mandato, an rectoris incuria) maius adiit periculum, & Christiani peius habiti, quod Andreas Auria altiùs in mare prouectus, videretur à latere Luzzalum dextri Turcarum cornu rectorem adoriri velle, & æquo longiùs à triremibus eius imperio datis separatus: simul etiam quod nauim longam, Pisanam nomine, abduceret, quam ante se nauigare iubebat, & eius vicinia sibi securitatem parare studebat, vt commodè tormentis in hostem vti non posset, quod altera eius socia, Petara dicta, commodiùs & cum maiore hostis exitio faciebat. Quo Luzzalus, qui dux veteranus & expertus erat, viso, triremes. quę Auria suberant imperio, & ab eo quodam modo desertæ, aggreditur, & sex Venetas expugnat & deprimit, vnã Corcyrensem capit, similiter duas Pontificias pessimè tractat, eam scilicet quę à S. Ioanne, & quę à Florentia nomen habebat, insuper prætoriam Melitensem cum eade quinquaginta fortissimorum equitum, omnium remigum & militum, qui in ijs nauigabant, vulnerato tribus vulneribus

Petro

REGIVM.

143
Anni
XPI.

Petro Iustiniano militiae Rhodię summo Præfecto, & vexillo amisso. Magnam præterea idem Luzzalus stragem Siciliensibus triremibus intulit, quas Ioannes Cardonius ducebat cū multis nobilibus Hispanis & Siculis. Ceciderunt hic ex primæ notæ nobilibus Antonius Pasqualigus, Iacobus di Mezo, Hieronymus Contarinus, Georgius Cornarus, Marcus Antonius Landus & Benedictus Soranzus, omnes nobiles Veneti, & triremium præfecti: præterea Petrus Bua Corcyrensis & Ludouicus Cipicus da Trau septem vulneribus confectus, triremium & ipsi præfecti, cum suis triremibus capti. De Benedicto Soranzo narrant veri scriptores, quod cū videret se à quinque hostium triremibus cingi, se animosè cum suis defendisse, quod rei nauticæ peritissimus esset. Sed cū à quatuor alijs ab omni parte inuaderetur, quibus omnibus cū se solum imparem esse cerneret, quod ferè omnes suos tam milites, quam remiges in tam inæquali pugna vel cecidisse vel ob vulnera pugnae inutiles animaduerneret, diutiùs resistendo non fuit, & à Turcis triremem inuadentibus, & in eam transcendentibus, obuij omnes cæduntur. Inter alios Turca quidam alijs ferocior ad triremis medium, quò peruenerat, reprensus Soranzum ob tria vulnera, quæ sagittis in facie pugnando acceperat, humi stratum & languidum, ensẽ leuat, vt iacentem trucidet: sed cū feruus quidam Soranzi diceret illum esse Raifium, quod nostra idiomate sonat præfectum; Turca exardescens ait: Ideò potius



Anni
XPI 144

T H E A T R V M

potius faciam. Quod apud Turcas sit moris, in urbium & classium expugnationibus potius primores & duces quam alios trucidare: & crudeli ictu ei caput truncat. Ille, qui in triremi scribæ munere fungebatur, videns omnia desperata, & nolens Turcas heri sui spolijs ditari & superbire; ignem pulveri tormentario inijcit, qui primò scribam, deinde quotquot erant residui, & Turcas, qui in triremim transcenderant, vrit & incendit, & sic triremis medijs in vndis arsit. Non defunt qui scribant, Luzzalum post profligatam Turcarum classem cum fugeret, tormentum exonerari iussisse, cuius globus casu in pulverem tormentarium incidens incendium excitasset, & ea de causa triremim arsisse: sed prior opinio de scriba videtur verisimilior, communior, & à plerisque recepta & approbata: quod eò aduolantibus ex alio cornu Christianis, qui iam victoria potiti erant, Luzzalus amplius nocere non potuerit, sed coactus fuerit captas triremes & prædam hosti cedere, retenta solum in ferociæ & animi signum Cypria triremi, quam secum captiuam Constantinopolim duxit. Dum hæc hac in parte fiunt, alibi ferocius Mars cruore conspersus sæuit, præsertim in media acie, vbi Imperatores erant: nam Turcæ magno impetu & furore à puppe Christianas adoriuntur naues, & ante omnes Alus & Portaus vterque Bassa, alter mari, terra alter, post se trahentes circiter nonaginta triremes, & Christianos nauibus paulo inferiores se ociter inuadunt: hic aliquamdiu magna animorum

R E G I V M.

145
Anni
XPI.

animorum contentione pugnatur, dum quisq; ad victoriam summa vi enititur. Præualet tamen tandem Christiana classis (quod Turcica à duabus longis nauibus, altera Duoda, altera Guora dicta, ante magno à tormentis esset damno affecta) cadunt multi Spahi, multi Ianitzari, multi Raisij. Hic videre erat tres Imperatores Christianos D. Ioannem, Columnam & Venerum inuicta animi fortitudine se omnibus huius atrocis pugnae periculis exponere, nihil trepidare, nec labores fugere, scutis & thoracibus tectos cominus & eninus ferire, & hostes inuadere, cum tanto mortis contemptu, ut viderentur ad obtinendam victoriam non ipsam mortem formidare. Non defuit pugnae Caracoza, sed triremi sua optimè armata vndique Christianos carpit & infestat, nihilque quod ad fortissimi militis munus facit, omittit. Hic quasi à primis armis mare latrocinijs reddiderat infestum, & multis nauigantes damnis & incommodis affecerat, nec Adriaticum, nec Tyrrenum mare eius violentiam fugerat, sed omnia itinera infesta & incerta fecerat. Venerat cum alijs pyratis, ut in Turcica classe mereret, nec alijs manu & consilio inferior erat, hinc à Turcis Valonæ, quæ olim Aulonia fuit, rector renunciatus. Ioannes Baptista Benedictus Cyprius contra hunc toto impetu fertur, & triremi sua benè armata pyratam inuadit, duello Caracozam impetit, & post multa hinc inde inflicta vulnera, ense & ictu mortifero pyratam profert. Verum non diu victo superfuit, dum enim

1 pro Hispano.
2 pro Papa.
3 pro Reipub. V.

N

iacen-



Anni 146
XPL.

THEATRUM

iacentem spoliat, à sagitta, incertum à quo emissa, cecidit & ipse, hocque modo vterque fato suo functus, æquo quasi, & alter alterum cadens tegit. Quamuis non desint, qui Coracoze mortem non Benedicto Cyprio, sed triemi Grifonia Pontificie Alexandri Grifonij Genuensis tribuant. Habebat Ali Bassæ prætoriorum triemis tres à dextra, videlicet Portai Bassæ, Mahometi Raifij Ianizatorum præfecti & Giati Ali pyrararum ducis triemes, & à læua Mustaphæ Chelemini, qui erat à thesauris, Mahometi Sulderbei Metelini Gubernatoris, & Caracoza Vallonæ Præfecti triemes. Et Regia D. Ioannis triemis quatuor vtriusque se cingentes habebat, à dextra duas Pontificias & Genuenses, à sinistra duas, Venetam alteram, alteram Allobrogicam, & vnaquæque prætoriorum Pontificia, Regia & Veneta, auxiliares duas ex melioribus electas à tergo habebat. Duæ prætoriorum tamquam duello sese adoriuntur, in quo concursu licet Turcæ, qui sæpius à tergo recentem accipiebant militem in Ali Bassæ triemi Regia, conarentur in D. Ioannis triemim transcendere, temper à denso glandium plumbeorum imbre, qui ab Hispanis mittebatur, repulsi cedere cogebantur cum magna suorum cæde & strage. Hispani iaculatores iam aucti, & pro lassis recentiores summis, tantam iaculorum vim in Turcas emittunt, vt iam omni euadendi in D. Ioannis triemim præcisâ, ab Hispanis tribus vicibus in Turcicam triemim

REGIVM.

147 Anni

XPL.

triemim transcendentibus ad malum vsque profligarentur. Et licet per sesquihoram dubius esset pugnae euentus, tandem Hispani victoria potiuntur, recenti enim militum turma quarta vice Turcas non solum vsque malum, sed ad puppim summouent, plus quam quingentos cedunt, & Alum Bassam semimortuum (duas enim letales plagas acceperat) capiunt, & ante D. Ioannem perducunt, vbi infelicem & desperandam cum sanguine euomit animam. Iussit à cadauere caput tolli & hastæ infigi D. Ioannes. Spectaculum sanè triste & horrendum Turcis, & Christianis lætum & gratum. Christiani Bassa Alo mortuo, & regio Sultani Selymi signo capto, lætum victoriae pœna ingeminat, quo non solum aures, sed & oculi & animi Turcarum tanto terrore repleti, vt in fugam versi plurimi ferro cederentur, plurimi in mare saltantes suffocarentur, tanta occasione & strage, vt ferè omnes milites & nauem perirent, & ferè tota Ottomannica classis in Christianorum potestatem veniret. Regia Portai triemis expugnata à Venero, vt quidam affirmant, alij verò à Paulo Iordano Ursino, qui in prætoriam Genuensi, Lomellina dicta, militabat. Portaus verò re desperatam & periculum animaduertens, in lœbum descendit, & habitu mutato inter triemes elapsus in terram appulit, & discrimen euasit. Triemis Ameti & Mahometi filiorum Ali à Comendatoris maioris prætoriam post longum conflictum capta, & in ea duo dicti iuuenes & eorum ductor, & alij primæ nobilitatis Turcæ. Prætoriam Pontificiam, quæ præter



Anni 148
XPI.

THEATRVM

Marcum Antonium Columnam Sedis Apostolicæ Imperatorem, vehebat Parmæ & Urbini Principes, Pompeium Columnam, Ramagassum Gallum Equitem Melitensem Pontificis nepotem, & alios primæ notæ nobiles, se opponebat multis hostiū triremibus, quæ eam corona cingentes expugnare conabantur, quod zelo Mahometanæ religionis inducti nihil melius se posse iudicabant, quam si eius triremem perderet, qui ex diametro cū eorum lege pugnat. Vnde difficile fuit initio iudicare, quem sibi capitaliorem hostem reputarent Turcæ, an D. Ioannem qui referret supremum confederationis caput, an Pontificium Imperatorem, quod Pōtifex supremus fidei Christianæ esset antistes, Mahometanæ perfidiæ ex opposito aduersarius, an Venetum, cuius res potissimum hoc bello agebatur. Tres Imperatores, Venetus videlicet, Melitensis & Allobrox hac in nauali pugna vulnerati, & duo maximè attenti Prouisores Veneti Quirinus & Canalis, qui ex sinistro cornu euocati subsidio aciei venerant, triginta triremes Turcarum adoriuntur: qui visa suorum clade, fugam capebant, vt se periculo eximerent, coacti tamen in terram triemes adigere, vbi omnes capti cum nauibus. Ex Turcis præter Alum maris Bassam, & Caracozā Valonæ præfectū cecidere Assanus Beius Rhodi gubernator, & Assanus Bassa Hariadeni Barbarossæ filius. Ex Christianis pugnando desiderati Ioannes Loredanus, Catarinus Malipierus, & Franciscus Ponus nobiles Veneti, triemiū rectores, & Iacobus Trissinus Vicen-

REGIVM.

149 Anni
XPI.

Vicētinus, quod Senatus Venetus hoc bello Turcico, vt subditorum sibi beneuolentiam conciliaret, maxima imperia eis communicasset, quæ solum Venetis nobilibus solēt concedi. Perierunt in hoc nauali conflictu Turcarum viginti quinque, vel (vt alij volunt) triginta Turcarum millia, & inter eos triginta nouem Raisij, qui in puppi lumen ferebant, & quinque millia in captiuitatem redacta. Captæ circiter ducentæ & decem triemes, quarum septuaginta partim mersæ, partim in mari exustæ, seruituti exempta quindecim Christianorum millia, qui ad remum positi. Non tamen incruenta Christianis fuit hæc victoria, nam circiter tria millia desiderata. Luzzalus cū res perditas videret, & apud Christianos esse victoriam, cum quinquaginta tam triemibus, quam catacopijs & liburnicis in altum euehitur, & licet Marcus Quirinus Prouisor eum multis tormentorum ictibus impeteret, numquam tamen eum assequi potuit. Barbarigus adhuc spirans, intellecta suorum victoria, & aduersariorum clade, quamuis ob acceptum in oculo vulnus, vix verbum efferre posset; tamen manibus & oculis in coelum leuatis, externo signo internam animi voluptatem in transitu suo ex hac mortali ad meliorem & immortalem vitam indicabat, quod DEO & patriæ inseruiens, & victoria (cuius pars non exigua ad eum pertinebat) potitus spiritum redderet.

Victoria obtenta ad spoliolum diuisionem inter Imperatores venit, & sexaginta, imo plures, triemes

N 3

Regi



Anni 150
XPI.

THEATRVM

Regi Philippo cedunt, Venetis quinquaginta, & Pontifici viginti tres, quæ diuisio per proportionem expensarum hoc bello factarum æquata est. Postquam ad tormentorum bellicorum, quæ ad trecenta ascendebant, captiuorum & aliorum alicuius momenti bonorum diuisionem ventum est, inter eos conuenire non potuit, quod Hispani potiore partem sibi vendicare vellent, & inter alia D. Ioannes duos Alibassæ filios, & Turcici Imperatoris nepotes, quod maximum ex eorum redemptione speraret lytrum, sibi retinere vellet. Ita vt maximæ hinc inde orirentur difficultates, quæ tamen post de communi consensu ad summum Pontificem delatæ, vt ille, quod de iure esset, iudicaret.

Deliberant post inter se victores, quid post tantam victoriam potius faciendum videretur, an Peloponnesum, an Dalmatiam, an Epyrum, an Dardanellos versus sint vela vertenda. Et quamuis Imperator Venerus & Philippus Bragandinus sinus Prouisor rei navalis peritissimi summis viribus & ardore vrgerent, victis nulla mora data, aliquid magni momenti tentarent, quod proculdubio victoriosæ classis celeritate & victorum consternatione ad bonum finem perduci posse videretur; tamen nunquam Hispanus assentiri voluit: sed quod iam hiems instaret, & in classe essent multi faucij & ægri, & annona arctior æquo; maximo Venetorum dolore D. Ioannes cum sua classe Messanam, & Marcus Antonius Columna

REGIVM.

151 Anni
XPI.

lumna cum Pontificijs & Florentinis triremibus Neapolim, & Sebastianus Venerus cum Venetis Corcyram nauigat, statuentes primo vere iterum conuenire & vires augere ad vtilem aliquam & honorificam tentandam expeditionem.

Et hic tam funestæ pugnæ navalis exitus fuit, quæ septimo Octobris, die S. Iustinæ virginis & martyri apud Christianos sacro anno 1571. contigit, memoranda semper Pontificio, Hispano, & Veneto nomini, quod ea omnium exitium in dubium vocaretur. □

Sed ad Philippum reuertamur: cui his nondum fitis expleta est. Turcis enim inuicti animi Princeps semper infestus, Ioannem Austriacum fratrem cum valida classe in Africam mittit, ac Tuneto vrbe iterum occupata, & Bisarta per deditionem accepta firmoque præsidio munita, Mulcassem iuniorem legitimum heredem in regno confirmat: Amidam verò Regem Tyrannum cum vxore & liberis in Siciliam ablegat. Magnæ sanè potentia signum, regna pro meritis his dare, alijs pro delictis adimere. Portugallia regnum, Sebastiano rege in Africa nulla relicta prole cum exercitu deleta, & Henrico Card. Rege terris adempto, ratione matris Isabellæ, quæ Ioannis tertij Regis Sebastiani Aui erat soror, Castellæ cæterisque Hispania regnis adiunxit; atque ita tota Hispania à mari, vsque ad mare, & rursus à columnis Herculis ad montes Pyreneos ei hereditario iure soli cessit. Magnas & inaudi-



Anni
XPI 152

THEATRUM

inauditas victorias in Peruana, Mexicana & cæteris
noui Orbis Prouincijs per Legatos obtinuit. Verum
vt erat Christianæ Religionis propagator auidissimus,
non tantum auxiliarijs militum copijs persepe mis-
sis, nouo Imperio inhiabat, quantum miserorum ho-
minum veræ fidei cognitione priuatorum animas
CHRISTO acquirere studebat, religiosorum homi-
num colonijs ex orbe nostro eo destinatis. Præterea
aliud pietatis opus Diuino Numine afflatus (ne quid
preclarissimis Christianarum virtutum splendoribus
deesset) cæteris regie sue benignitatis, & gloriæ orna-
mentis addidit. Quotannis enim ingentibus diuitia-
rum thesauris in hoc absumptis per certos inuiolatæ
fidei ministros in Africâ missos, Christianos homines
miserrima ibidem seruitute, omniq; crudelissimorum
cruciatuum genere afflictos, à sæuissimis Barbarorum
manibus liberauit. Quem morem tam Christiano
Principe, & populo dignum, nunquam satis laudata,
perque omnium mortalium ora cantata Hispania
sine intermissione in hodiernum vsque diem obser-
uat: id laudis sibi soli præ cæteris Christiani Orbis
regionibus, & prouincijs iure vindicans. Cuius tam
egregiæ pietatis premio in hoc sæculo, aliud maius in
futuro expectans, non caruit: DEVS enim religiosis-
simi Christianissimiq; Regis Philippi conatus, perpe-
tuo victoriarum & trophæorum cursu mirè fortuna-
uit. Quocirca meritò doctissimus quidam Poëta suo
more cecinit:

Magna

REGIVM.

153
Anni
XPI.

*Magne Philippe (uas de cælo Iupiter urnas
Misit, & humanas sortes tibi credidit vni.*

In hæreditarijs tamen Belgicis prouincijs (vt nihil in
humanis est firmum) horrendos, cum diuinarum hu-
manarumque rerum confusione tumultus expertus
est, ita vt ad multos annos plusquam tragicam manus
in se vertentis Belgij viderimus faciem: ad quos sedan-
dos non opibus, non ducibus, vix sanguini suo peper-
cit; horum motuum bellorumque ciuiliū finem
tantopere exoptatum Rex pijsissimus non vidit, fatis, vt
ita dicam, tanti mali medelam alteri manui reseruan-
tibus. Tandem omnium Rex Regum DEVS Regem
Philippum eo ad vniuersi sui gubernationem quasi
vicario satis vsus, senio confectum ad æternæ beatitu-
dinis fruitionem, tot laborum pro Diuino, & incom-
prehensibili suo nomine susceptorum præmium, ex
infima huius mundi miseriarum abyfso vocare decre-
uit. Igitur in augustissimo S. Laurentij Monasterio,
nunc Escoriale appellant (quod viuens extruxerat, ve-
tera orbis miracula non iam æmulans, at exsuperans)
morbo correptus, Christianissimum Creatori suo
Omnipotenti DEO spiritum reddidit, Dominica 13.
Septembris, anni nonagesimi octauī, supra millesimū
quingentesimum, Regnorum suorum quadragesimo
secundo: ætatis item septuagesimo secundo. Verè
Christianissimus Princeps fuit, & cui mundus annos
adhuc



Anni 154
XPI

THEATRVM

adhuc longiores optaret, etenim iterum eæ mœstæ voces (quod & Ferdinando accidisse meminimus) exaudiebantur. O vtinam talis Princeps, aut non nasceretur, aut non moreretur. Et item istæ:

*Philippo rebus adempto,
Nec color Imperij, nec frons erit vlla Senatus.*

Verum omnium Moderator DEVS Orbem terræ nondum internecioni destinans, alium Philippum magni huius ex Anna Austriaca filium Mundo Regem dedit, qui inuictissimorum Principum Aui & patris virtutum vnicum exemplar, dum viueret, extitit. Cuius filius Philippus, huius nominis quartus, eos populis de se fructus dat, quales plerumque homines summis votis à Superis solent exoptare. Cuius vitam & regnum, præclarissimamque prolem, Orbis spem, DEVS Optimus, DEVS Max. fortunet. Porro ex vxore Isabella Henrici secundi Gallorum Regis natu
maiori, reliquit filias duas, præstantissimas huius sæculi Heroinas Isabellam, & Catharinam: hanc Serenissimo Carolo Emmanueli Sabaudia Duci, illam potentissimo Archiduci Alberto, Maximiliani secundi filio, Ferdinandi primi Romanorum Imperatorum nepoti, duorum Cæsarum, fratri, nuptas. Huic Alberto, Principi, & Domino meo, eheu, quondam clementissimo, cui Isabella coniux altera lux nostra, Belgium in dotem attulit, ob singularem pietatem superi concessere

*+
vcor ipsis 3^{ia}*

REGIVM.

155 Anni
XPI.

concessere primam finiendæ ciuiliū bellorum tragediæ viam sternere. Ante cuius aduentum,

*Heu quantum inter se bellum stragemque ciebant,
Heu quantas acies!*

Verum vt

*Venit in imperium magnum populumque potentem,
In sua victrici conuersum viscera dextra,
Et regere aggressus, magno turbante tumultu
Res Belgæ sistit.*

Plaudite igitur Belgium, nam

*Hic vir, hic est, tibi quem promitti sapius audis,
Austrus Albertus Diuum genus, aurea condet
Sæcula qui rursus.*

Felix profecto Belgium, nam tot inuictos Principes ex te natos (quos ad cunctas Christiani Orbis partes, tamquam præclarissima Mundi lumina, à DEO ad Imperia missos cognouimus) Belgæ tui venerantur: per hos enim Barbaræ, & indomitæ Gentes signa tua nouerunt: per eoldem

*Vndè venit Titan, & nox ubi sidera condit,
Quaque dies medijs flagrantibus æstuat horis,*

Imperium



Anni 156 XPI. *THEATRVM REGIVM.*

Imperium profers. Te quoque tot inuictissimorum Heroum terram altricem mundus prædicat. Nam Cæsares, Reges, Principes, & Reginae, quos generi humano dedisti, innumeros penè esse, quis est qui neget? Vndè non immeritò dici potes

*Felix prole virum: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygiæ turrata per vrbes,
Lata Deum partu, centum complexa nepotes.*

Theatri Regi primæ partis finis.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
QVÆ HOC LIBRO CONTINENTVR.

A.	Cum Honorio pacem facit. <i>ib.</i>
B	Fugatur à Stilicone. <i>ibid.</i>
Adamo vsque ad diluuium quot anni. 3	Superat Stiliconem. <i>ibid.</i>
Abbatibus & alijs in sumptum belli nummos conferunt. 113	Capit Romam. <i>ibid.</i>
Abdala infirmitate percutitur. <i>ibid.</i>	Parcit ad sacra loca confugientibus. 21
Toleti Rex. <i>ibid.</i>	Tendit in Campaniam. <i>ibid.</i>
Ducit Theresiam. <i>ibid.</i>	Mare conscendit. <i>ibid.</i>
Remittit uxorem intactam. <i>ibid.</i>	Naufragium patitur. <i>ibid.</i>
Abderamen Rex Cordubæ habet in aula copiam medicorum. 60	Consentia moritur. <i>ibid.</i>
Accipit in aula Castellæ Regem. <i>ibid.</i>	Eius sepultura mirabilis. <i>ibid.</i>
Aetius Subdolos. 23	Alaricus Iunior Eurico succedit. 25
Dux Romanus. <i>ibid.</i>	Gerit ne Clodoneo bellum. <i>ib.</i>
Occiditur à Valentiniano. 24	Pralio superatur. <i>ib.</i>
Aquila Gothorum Rex. 28	A Clodoneo superatur & occiditur. <i>ibid.</i>
Mouet bellum Cordubensibus. 29	Albertus Austrius ducit Isabelam. 154
Fugatur è regno. <i>ibid.</i>	Habet Belgium in dotem. <i>ibi.</i>
Occiditur. <i>ibid.</i>	Princeps benignus, amans pacis. <i>ibid.</i>
Alaricus Gothorum Rex. 20	Procurat pacem in Belgio. 155
Ex nobili Balthorum familia. <i>ibid.</i>	Alchamas contra Pelagium tendit. 47
Cum Radagasto tendit ad orbem. <i>ibid.</i>	A Pelagio fugatur. <i>ibid.</i>
	Alfonsus Catholicus quisnam. 48
	Recuperat multa loca in Hispania. <i>ibid.</i>
	O Extir-



I N D E X

Extirpat Arrianam sectam. *Alfonsus quartus Hispania Rex.*
ibid. 88
 Templum restaurat. *ibid.* Cedit fratri Regnum. *ibid.*
 Patria restaurator. *ibid.* Monasterium ingreditur *ib.*
 Mors eius & proles. *ibid.* Monasterium egreditur. *ib.*
 Alfonsus secundus Rex Hispania. 51 Repetit a fratre regnum. *ib.*
 Castus. *ibid.* Capitur & oculis priuatur. *ibid.*
 Habet victoriam contra Arabes. *ibid.* Alfonsus quintus Hispania Rex. 63
 Superat Carolum Gallum. *ibid.* Regi Mauro despondet sororem. *ibid.*
 Regno exiit. *ibid.* Restaurat Legionem urbem. *ibid.*
 Ad Regnum reuocatur. *ibid.* Refert Regum corpora Legionem. *ibid.*
 Princeps pius. 52 Vulneratur, moritur. *ibid.*
 Eius mors & sepultura locus. *ibid.* Alfonsus sextus Hispania Rex. 67
 Alfonsus tertius Rex Hispania. 54 Ab exilio reuocatur. *ibid.*
 Magnus dictus. *ibid.* Expugnat Toletum. *ibid.*
 Regno pellitur, restituitur. *ibid.* Infeliciter pugnat cum Mauris. *ibid.*
 Subiugat rebelles. *ibid.* Periclitatur in praelio. *ibid.*
 Liberat Legionem obsidione. *ibid.* Aduertit causam calamitatis. *ibid.*
 Init cum Gallis foedus. *ibid.* Amouet balnea. *ibid.*
 Exornat templum D. Iacobi. *ibid.* Annibale sapientior. *ibid.*
 Ingratus Bernardo Carpio. *ibid.* Scipioni similis. *ibid.*
 Infortunatus & quare. 55 Alfonsus septimus per uxorem obtinet Castellam. 68
 Cedit filio Regnum. *ibid.* Vincit Mauros. *ibid.*
 Zamorra moritur. *ibid.* Restaurat Numantiam. *ibid.*
 Gerit

RERVM MEMORABILIVM.

Gerit cum priuigno bellum. *ibid.* Dat Ordini insignia. *ibid.*
ibid. Bonus dictus. *ibid.*
 Cedit ei Regnum. *ibid.* Eius cum nobile quodam colloquium. *ibid.*
 Eius mors. *ibid.* Alfonsus octauus Hispania Rex. 69 Eius mors & proles. 71
 Redit ab expeditione Hierosolymitana. *ibid.* Alfonsus decimus Hispania Rex. 76
 Princeps bonus. *ibid.* Sapiens dictus. *ibid.*
 Expugnat Calatrauam & Cordubam. *ibid.* Eius liberalitas. *ibid.*
 Habet amplissimum Imperium. *ibid.* Imperatorem carcere liberat. *ibid.*
 Hispania Imperator. *ibid.* Portugalliam a tributo facit immunem. *ibid.*
 Animaduertit in militem. *ibid.* Murciam expugnat. *ibid.*
 Recipit Regem Gallie regno. *ibid.* Dat Murcia sua insignia. *ibid.*
 Separat Castellam a Legionem. *ibid.* Celebrat filij nuptias. 77
 Sub arbore moritur. 70 Tendit in Germaniam. *ibid.*
 Alfonsus nonus Hispania Rex. 70 Reuertitur in Hispaniam. *ibid.*
 A patruo bello petitur. *ibid.* Moritur pro dolore. 78
 Defenditur a Comitibus de Lara. *ibid.* Alfonsi de Gufman mira constantia. 79
 Princeps clarissimus. 71 Alfonsus undecimus Hispania Rex. 81
 Superatur a Saracenis. *ibid.* Sequitur malum consilium. *ibid.*
 Deuincit Saracenos. *ibid.* Fit benignior. *ibid.*
 Instituit Ordinem S. Iacobi. Eius de militibus mandatum.
 O 2 tum:



I N D E X

tum.	ibid.	ibid.
+ Hortatur suos ad pugnam.		Arianus. ibid.
82		Infert iniuriam uxori.
Stupendam habet victoriam.		27
ibid.		Parat fugam. ibid.
Evadit periculum mortis.		Fugit ad templum. ibid.
83		Telo occiditur. ibid.
Eius in Maurum clementia.		Amidas Tyrannus. 151
ibid.		Legatur in Siciliam. ibid.
Peſte moritur. ibid.		Andaluſia unde dicta. 2
Deplorat filij mores. 84		Andreas Dandolus Nicosia
Albama expugnata. 92		præfectus. 113
Algerbium cedit Portugallie		Eius caput mittitur ad Bra-
Regibus. 76		gadinum. 122
Almanſor ſpoliat templum Com-		Andreas Furia Architalaſſus
poſtelle. 62		Philippi Regis. 115
Fulmine territus. ibid.		Mandatur cum claſſe in Si-
Infirmirate corripitur. ibid.		ciliam. ibid.
Ex dolore moritur. ibid.		Item à Pontifice in Corcy-
Alvarus de Luna Regi Caſtel-		ram. ibid.
la gratus. 89		Ducit dextrum cornu in claſ-
Capite truncatur. ibid.		ſe. 134
Alus Baſſa. 136		Altius in mare nauigat.
Chriſtianam claſſem inuadit.		139
144		Creditur a Turcis fugere.
Eius triremis à Chriſtianis		139
capitur. 147		Vult Luſſalum inuadere à la-
Caput ei amputatur. ibid.		tere. 142
Eius filij capti. ibid.		Andreas Soriani pro Barbari-
Amalaricus Alarici filius.		go cura. 140
26		Amibal parcit templo Diane.
Accipit ab auo Regnum.		11

Eius

RERVM MEMORABILIVM.

Eius miles effeminatus. ibid.	Achanagildus eligitur rex. 29
Antequerarecuperata. 88	Moritur Chriſtianus. ibid.
Antonius de Padua. 76	Auguſti de Alexandro ſapiens
Antonius Canalis prouiſor claſ-	dictum. 17
ſis. 132	Auguſtinus Barbarigus Vene-
Eius fortitudo. 141	tus. 134
Ariadenus Barbaroſa Archi-	Vulneratur. 140
pirata. 104	Eius in morte letitia. ibid.
Carolo V. occurrit. ibid.	Aurelius fratricida. 49
Prælio ſuperatur. 105	Inuadit regnum. ibid.
Fugit. ibid.	Subiugat ſeruos. ibid.
Aſca nrus Cornius ſcriptum of-	Adoptat fratris filium. ibid.
fert Imperatoribus. 131	
Aſtor Baglionus Famauguſte	
præfectus. 123	
Eius dexteritas & ſtrenui	
tas. 125	
Atlas occupat Hiſpaniam.	
8.	
Tendit in Italiam. ibid.	
Relinquit filium in Hiſpa-	
nia. ibid.	
Ataulphus quis. 21	
Succedit Alarico. ibid.	
Diripit Romam. ibid.	
Parcit Romæ placatus. ibid.	
Ducit Placiatam uxorem.	
ibid.	
Tendit in Galliam & Hiſpa-	
niam. ibid.	
Primus Gothorum in Hiſpa-	
nia Rex. 22	
Occiditur. ibid.	

B.

Bacchus ex India in Hiſpaniam	
venit. 9	
Bætiſ fluius iam Quadalqui-	
uir. 2	
Bætiſ patri ſuccedit. 5	
Vrbes condit. ibid.	
Amans litterarum. ibid.	
Moritur ſine herede. ibid.	
Quot annos regnavit. ibid.	
Bætica unde dicta. 2	
Iam Granata. ibid.	
Africæ oppoſita. ibid.	
Olim Vandalicia. ibid.	
Nunc Andalucia. ibid.	
Bamba Rex eligitur. 35	
Recuſat regnum. ibid.	
Cogitur accipere ſtricto enſe.	
ibid.	

Paulum



I N D E X

Paulum Gracum mittit cum copijs ad Hildebertum. 36	Ad Gallos se recipit. <i>ibid.</i>
Ei ciuitates rebellant. <i>ibid.</i>	Gallus gratus. <i>ibid.</i>
Eius victoria de proditoribus & de Saracenis. <i>ibid.</i>	Infortunatus. <i>ibid.</i>
Curat Concilium Vocari. <i>ibid.</i>	Boabdelis Granata Rex. 92
Exornat Toletum. <i>ibid.</i>	Mittit legatos ad Ferdinandum. 93
Vertitur in insaniam. <i>ibid.</i>	Dedit se. <i>ibid.</i>
Vitam monasticam agit. <i>ibid.</i>	Procedit obuiam Ferdinando. 94
Moritur. <i>ibid.</i>	Titulis Regijs priuatur. <i>ibid.</i>
Barbarorum crudelitas nimia. 44	In honore habitus. <i>ibid.</i>
Barbari Reges in Hispania. 44	
Barbarossa fugatur. 105	
Brygus patri succedit. 4	
Primus Castella fundauit. <i>ibid.</i>	
Oppida extruit. <i>ibid.</i>	
Eius temporibus colonia ex Hispania deducta. <i>ibid.</i>	
Quot annis regnauit. <i>ibid.</i>	
Beatrix Brabantie Ducis filia Ferdinandi uxor. 76	
Belli Lepantini origo. 110	
Belgium dat generi humano Reges & Reginas. 155	
Berengaria quenam. 73	
Bernardus Carpius quisnam. 51	
Petit patrem liberari e carcere. 54	
Bellator insignis. <i>ibid.</i>	
Deplorat mortem patris. 55	
	C.
	Caba Iuliani Comitum filia. 41
	A Roderico constupratur. <i>ibid.</i>
	E turri precipitatur. 44
	Cacus. 10
	Quis. <i>ibid.</i>
	A quo nomen habet. <i>ibid.</i>
	Hispaniam occupat. <i>ibid.</i>
	Hispania Rex a quibusdam dictus. <i>ibid.</i>
	Ex Hispania fugatur. <i>ibid.</i>
	Casaraugusta recuperatur. 68
	Calamitatis Alfonsi que causa. 67
	Campus Arrianus unde dictus. 25
	Captiuorum miseria & seruitus. 94
	Capucini & Sacerdotes Christianos ad pugnam hortantur. 138
	Carolus

RERVM MEMORABILIVM.

Carolus Philippi filius Rex. 99	Germania. <i>ibid.</i>
Eius dies natalis. <i>ibid.</i>	In Belgium venit. 106
Princeps inuictus. <i>ibid.</i>	Expectat filium Bruxellis. <i>ib.</i>
Electus Imperator. 100	Regna transfert in filium. <i>ib.</i>
Perfert rebellionem in Hispania. <i>ibid.</i>	Imperium cedit fratri. <i>ib.</i>
Gerit cum Gallo bellum. <i>ibid.</i>	In Hispania proficiscitur. <i>ib.</i>
Franciscum Regum bello capit. 101	Eius mors. <i>ibid.</i>
Regem liberat. <i>ibid.</i>	Ætas & laus. 407
Dat ei sororem in uxore. <i>ibid.</i>	Carolus Lanouis Belga. 101
Tendit in Italiam. <i>ibid.</i>	Caracosa Valone Prefectus. 145
Agit cu Pontifice Bononia. <i>ibid.</i>	A Ioanne Benedicto obtruncatur. <i>ibid.</i>
Aureo diademate insignitur. <i>ibid.</i>	Carcassona vrbs. 25
Restituit Francisco Sfortie Mediolanum. <i>ibid.</i>	Cardinales ad sedus faciendum Romæ electi. 115
Florentinus bellum infert. <i>ibid.</i>	Carthagena quenam. 9
Fauet Mediceis. <i>ibid.</i>	A quo condita. <i>ibid.</i>
In Germaniam tendit. 103	Vndè nomen habet. <i>ibid.</i>
Prælium offert Solymano. <i>ibid.</i>	Carthaginenses Hispania impurant. 13
In Africam traicit. 104	Quinam. <i>ibid.</i>
Expugnat arcem Goletanã. <i>ibid.</i>	De Imperio orbis stem concipiunt. 14
Tentat inuadere Tunetum. <i>ibid.</i>	Bellum cu Romanis inchoant. 15
Sublimis in equo accendit suos ad prælium. <i>ibid.</i>	Castella Comitatus in Regnum erigitur. 64
Potitur victoria. 105	Castella cum Legione coniungitur. 65
Accipit Tunetum. <i>ibid.</i>	Castella prouincia. 57
Restituit Regnum Muleasi. <i>ibid.</i>	Castella Comites occisi. <i>ibid.</i>
Algeriam tentat. <i>ibid.</i>	Castellani creant iudices. 57
Cum classe periclitatur. <i>ibid.</i>	Catharina Philippi 2. filia nubit Duci Sabaudia. 154
Cæteris Europæ Principibus laudabilior. <i>ibid.</i>	
Deuincit Protestantes in	O 2 Chil.



INDEX

<i>Childebertus Amalarico bellum infert.</i>	27	<i>Coraperus pyrata capitur.</i>	140
<i>Christiani Nicofia erupunt.</i>	119	<i>Cornelia Scipionis spernit nuptias Regis Ptolomai.</i>	63
<i>Christianarum feminarum magnus animus.</i>	121	<i>Cruces innumerae in quodam Hispaniae campo.</i>	43
<i>Christianorum tormentariorum in iaculando dexteritas.</i>	125	<i>Crux in aere visa.</i>	71
<i>Eorum metus ob Famaugustam captam.</i>	131	<i>Cubath Chiausius Selymi Legatus Venetias venit.</i>	112
<i>Eorum classis.</i>	132	<i>Mandata exponit.</i>	ibid.
<i>Eorum animus.</i>	136	D.	
<i>Deliberant quid post victoriam agendum.</i>	150	<i>Deabus Geryon occupat Hispaniam.</i>	5
<i>Clericis non licet fungi officijs.</i>	34	<i>Quisnam sit.</i>	ibid.
<i>Clotildis Amalarici uxor.</i>	27	<i>Vnde nomen habet.</i>	ibid.
<i>A marito percutitur.</i>	ibid.	<i>Quot annos regnavit.</i>	ibid.
<i>Cindafunthus Regiam occupat.</i>	34	<i>DEVS punit Hispaniam siccitate.</i>	12
<i>Eluit maculam Tyrannidis.</i>	35	<i>Diana templum iuxta Saguntum.</i>	11
<i>Declarat filium Regni consortem & quare.</i>	ibid.	<i>A quo conditum.</i>	ibid.
<i>Comites de Lara defendunt Alfonso Regem.</i>	70	<i>Quot annos stetit.</i>	ibid.
<i>Comes Hieronymus Martinengus.</i>	113	<i>Didacus Lupus de Astuniga.</i>	88
<i>Comes de Rochas Cyprius.</i>	113	<i>Difficultates in spoliis diuisione orta.</i>	150
<i>Eius in consilio pertinacia.</i>	117, 118	<i>Donatus inducit vitam monasticam in Hispaniam.</i>	30
<i>Occiditur.</i>	121	E.	
<i>Comes Tripolis tormentorum bellicorum praefectus.</i>	121-113	<i>Egica Rex.</i>	3
<i>Nicofia capta occiditur.</i>	121	<i>Repudiat uxorem.</i>	ibid.
<i>Comitis Nestoris Martinengi</i>		<i>Cum Gallis pugnat.</i>	ibid.
		<i>Princeps bonus.</i>	ibid.
		<i>Declarat filium Regni consortem.</i>	ibid.
		<i>Emma-</i>	

RERVM MEMORABILIVM.

<i>Emmanuel Philebertus Sabaudiae Dux.</i>	108	<i>Princeps optimus.</i>	ibid.
<i>Gerit pro Philippo bellum in Belgio.</i>	ibid.	<i>Mauris infestus.</i>	ibid.
<i>Epistonia expugnata.</i>	90	<i>Conimbriam recuperat.</i>	65
<i>Episcopi Limiffensis ardor.</i>	126	<i>Virseam expugnat.</i>	ibid.
<i>Eruigius Regnum occupat.</i>	36	<i>Sagittarium occidit.</i>	ibid.
<i>Dat filiae maritum.</i>	37	<i>Toleti Regem reddit tributarium.</i>	ibid.
<i>Excludit Theodofredum.</i>	ibi.	<i>Castellam cum Legione coniungit.</i>	ibid.
<i>Erythrus Rex quisnam.</i>	10	<i>Hispaniae Monarcha.</i>	ibid.
<i>Quot annos regnavit.</i>	ibid.	<i>Magnus dictus.</i>	ibid.
<i>Emelinda Pelagij filia.</i>	47	<i>Fit senex & infirmus.</i>	ibid.
<i>Enricus fraticida Rex est.</i>	24	<i>Moribundi oratio.</i>	ibid.
<i>Magnus Tyrannus.</i>	ibid.	<i>Filijs regnum diuisit.</i>	ibid.
<i>Vastat Hispaniae urbes.</i>	ibid.	<i>Indutus cilicio moritur.</i>	ibid.
<i>Arclatum & Massiliam inuadit.</i>	25	<i>Ferdinandus secundus Castellae Rex omnium Regum maximus.</i>	73
<i>Extera nationes occupant Hispaniam.</i>	13	<i>Castellam cum Legione sociavit.</i>	ib.
F			
<i>Fasila fuste occiditur.</i>	38	<i>Expugnat Hispalim.</i>	ibid.
<i>Fasila Pelagij filius patri succedit.</i>	47	<i>Eius primum dictum.</i>	75
<i>Venator potius quam miles.</i>	ib.	<i>Obtinet victorias.</i>	ibid.
<i>Dilaniatus perijt.</i>	48	<i>Secundus Polyorchetes.</i>	ibid.
<i>Fames ingens in Hispania.</i>	37	<i>Deum timens, deploratur mortuus.</i>	ibid.
<i>Federis inter Christianos leges.</i>	121	<i>Ferdinandus de la Cerda solemnes nuptiae.</i>	77
<i>Ferdinandus Gundissalvus primus liber Castellae Comes.</i>	60	<i>Ferdinandus tertius Rex.</i>	79
<i>Moritur.</i>	ibid.	<i>Misericors.</i>	ibid.
<i>Ferdinandus Veremundo succedit.</i>	64	<i>In credendo leuis.</i>	ibid.
<i>Secundus Rex Castellae.</i>	ibid.	<i>Nobiles innocentes occidi iubet.</i>	81
		<i>Citatus ad tribunal DEI subita morte extinguitur.</i>	ibid.
		<i>Ferdinandus 4. Castellae Rex.</i>	91
		<i>O 3</i>	<i>Eius</i>



INDEX

Eius tituli & Regna.	ibid.	uij à Porcia fortitudo.	140
Granatam obsidet.	92	Froila secundus occupat Reg-	
Mittit suos ad Boabdelim.	ibid.	num.	57
Cum vxore Granatam ingredi-		Crudelis.	ibid.
tur.	94	Lepra percussus obit.	ibid.
Captiuos liberat.	ibid.	Froila occupat regnum.	54
Laudatur.	ibid.	Tyrannus.	ibid.
Inuenit nouum Orbem.	95	A Senatoribus occisus.	ibid.
Habet Insulas fortunatas.	ibid.	Froila Alfonso succedit.	48
Ad civilem statum se conuertit.	96	Saracenos vincit.	49
Instituit nouum iustitie genus.		Fratrem occidit.	ibid.
ibid.		Ab alio fratre occiditur.	ibid.
Iudices creat.	ibid.		G.
Templa conseruit.	ibid.	Gades à quo conditæ.	10
Vltimus Gothici sanguinis Rex.		Gaditani extruunt Herculi se-	
97		pulchrum.	7
Ferdinandus Talabricus primus		Gaditani impetrant auxilia à	
Granatæ Archiepiscopus.	94	Carthaginensibus.	14
Florentinorum cum Carolo bel-		Gracorum Principes in Hispa-	
lum.	101	niam venere.	11
Franciscus Rex Gallie cum Ca-		Galli Hispaniã ingrediuntur.	27
rolo bellum gerit.	106	Superantur ab Hispanis.	ibid.
Bello capitur.	ibid.	Vitam auro redimunt.	28
In Hispaniam aduebitur.	101	Gandauum maxima vrbs.	100
Captiuitate liberatur.	ibid.	Laudatur.	ibid.
Ducit Caroli sororem.	ibid.	Garfias Castella Comes occidi-	
Franciscus Sfortia apud Cesa-		tur.	64
rem impetrat Mediolanum.		Garfias Alfonso succedit.	56
101		Vincit Arabes.	ibid.
Fredericus Saxonie Dux &		Garfias Toletanus mittitur in	
Lantgrauus Carolo bellum		Africã.	108
mouent.	105	Obtinet victorias.	ibid.
Vincuntur, capiuntur.	ibid.	Gargoris patri succedit.	11
Frederici Nani & Comitis Sil-		Mellicola dictus.	ibid.
			Quot

RERVM MEMORABILIVM.

Quot annos regnavit.	ibid.	Gratianus Imperator creat	
Agnoscit nepotem.	ibid.	Theodosium consortem Impe-	
Quem regni heredem designat.	rij.		20
ibid.		Gudemirus Rex est.	22
Gebellinorum & Guelforum ini-		Vascones & Romanos deuincit.	
tia.	74		33
Geryones qui & quare trige-			H
mini.	6	Habidus Auo succedit.	11
Ab Hercule victi.	ibid.	Infans euadit pericula.	12
Gerunda vrbs à quo dicta.	5	A cerua in antrum asportatur, à	
Gessularicus Rex.	26	Venatoribus inuentus.	ibid.
Qualis.	ibid.	Instituit audientias in Hispania.	
Regno exutus.	ibid.	ibid.	
Eius mors.	ibid.	Vltimus veterum Hispania Re-	
Gibraltar à quo condita.	10	gum.	ibid.
Gibraltar expugnata.	80	Henricus Lotharingus accipit à	
Girondiorum domus origo.	5	socero Lusitania partem.	68
Gothorum origo.	19	Henricus Rex puer infortunio oc-	
Gothorum varia genera.	ibid.	ciditur.	73
Gothis Myfia data.	19	Henricus Ferdinandi filius Ro-	
Gothi rebelles Romanis: Mysiam		ma Senator.	76
occupant.	ibid.	Henricus 2. fratri succedit.	85
Superant Valentem.	ibid.	Munificus.	ibid.
Gothi longa pace debiles.	42	Moritur stupendo mortis gene-	
Eorum Regum habitus in pugna.		re.	ibid.
ibid.		Henricus 3. Rex Castella.	87
Granatæ Rex tributarius Fer-		Princeps bonus.	ibid.
dinando.	73	Rumorum auidus.	ibid.
Tenetur mittere trecentos equi-		Mittit Legatos ad Indos.	ibid.
tes.	ibid.	Valetudinarius.	ibid.
Granata obsessa.	88	Henricus 4. Castella Rex.	90
Obsidione liberatur.	89	Granatæ Regnum inuadit.	ibid.
Iterum obsessa.	ibid.	Eius regium dictum.	ibid.
Deditur.	ibid.	Suis contentus.	91
			O 4
			Re-



I N D E X

Récusat Catalaunos subditos
accipere. *ibid.*
Hermandatus quid. 96
Hercules mansit in Hispania. 6
In Italiam reuertitur. *ibid.*
Filium suum creat Regem in
Hispania. *ibid.*
Reuertitur in Hispaniam &
quare. *ibid.*
In Hispania moritur. *ibid.*
Princeps bonus. *ibid.*
Hercules Thebanus in Hispa-
niam venit. 10
Quando. *ibid.*
Hermenogildus patri rebellis. 30
Hispani obsidentur à patre. *ibid.*
Captus et vita priuatus *ibid.*
Hesperus Rex. 7
Quomodo. *ibid.*
Quis sit. *ibid.*
Ex Hispania fugatur. *ibid.*
Hesperia Insula à quo dicta. 7
Quanam. *ibid.*
Hildebertus quidam Comes re-
ducit Indicos in Hispaniam. 36
Hispania situs. 1
Termini. *ibid.*
Quomodo diuidatur. *ibid.*
Olim Hiberia & Hesperia, &
Celtiberia & quare vnde
dicta. *ibid.*
Vini ferax. 2
Habet equos veloces. *ibid.*
Montibus aspera. *ibid.*
Fluminibus non abundat. *ibid.*
Fontibus felix. *ibid.*
Hispania ad exterum deuenit
Regem. *ibid.*
Hispani bellicosi. *ibid.*
Hiberni ab Ibero dicti. 4
Hispanus Hispania Rex. 6
Princeps generosus. *ibid.*
Populo gratissimus. *ibid.*
Iberiam Hispaniam nominat.
ibid.
Quot annos regnavit. *ibid.*
Hispania deuenit in Gracorum
dominium. 11
Hispania paruit diuersis. 12
Eius magna fecunditas. *ibid.*
Hispania Reges à Gothis descen-
dunt. 21
Hispania in fide constans. 32
Hispania mos nobiles pueros in
aula nutrire. 40
Hispania respicit Pelagio Du-
ce. 45
Hispani deplorant Ferdinan-
dum. 75
Hispaniarum plorantium di-
ctum. *ibid.*
Hispania tota à Mauris libera-
ta. 94
Hispania lucius ob Reges Ca-
tholicos. 97
Hispalus Hispania Rex Hispa-
lim condit. 6
Hispalus à Ferdinando expu-
gnata.

RERVM MEMORABILIVM.

gnata. 73
Hospitales domus ab Ottomannis
instituta. 111
Earumdem conditio. *ibid.*
Numerus. *ibid.*
I.
D. Iacobus apparet Hispanis in
prelio. 53
D. Iacobus Hispanis belli tes-
sera. *ibid.*
Iaphet filiorum Noemi minimus
in Europam venit. 3
Filius septem procreauit. *ibid.*
Iberus Tubali patri succedit in
Hispania. 4
Docet suos artē metallorum
eruendorum. *ibid.*
Hispaniam Iberiam appellat.
ibid.
Quot annos regnavit. *ibid.*
Iberes Asiae populi à quo dicti. 4
In Asiam ex Hispania profe-
cti. *ibid.*
Iberus fluvius à quo dictus. 4
Illiberia ciuitas à quo constru-
cta. 6
Vnde dicta. *ibid.*
Impèrij Romani termini. 16
Incendium montium Pyreneo-
rum. 6
Quando. *ibid.*
Et quomodo. *ibid.*
Insula Melitensis acriter à Tur-
cis oppugnata. 109
Ioannes secundus Castella Rex.
87
Ducit uxorem. 89
Omnibus gratus. *ibid.*
Assumit filium in Regē. *ibid.*
Ioannes Rex. 85
Portugalliam inuadit. 86
Cum Anglis bellum gerit. *ibid.*
Princeps Catholicus. *ibid.*
Sub equo depressus perijt. 87
Ioannis secundae mater Olympi-
di similis. 88
Ioannis de Gusman strenuitas.
90
Ioannes Contarinus Siroccum
capit. 127
Ioannes ab Austria classem con-
scendit. 139
Signum pugnae praeposit. 139
Ioannes Austriacus pugnat cum
Turcis. 139
Expugnat Tunetum. 151
Accipit Bisertam. *ibid.*
Isabella Catholica mors. 96
Isabella Philippi 2. filia nubit
Alberto Austriaco. 154
Accipit à patre Belgium in
dotem. *ibid.*
Iubalda Ibero succedit. 4
Quot annos regnavit. *ibid.*
Iubalda mons ubi. 4
Vnde dictus. *ibid.*
Iudaei reuocantur in Hispaniam.
38
Iudaei



INDEX

<i>Iudei non possunt obire munia publica, & quare.</i> 34	<i>dutus.</i> <i>ibid.</i>	
<i>† Iulianus Comes in Africam.</i> 41	<i>Locus & dies pugnae Roderici Regis.</i> 43	
<i>Ex ea reuertitur.</i> <i>ibid.</i>	<i>Loci pugnae naualis descriptio.</i> 110. 137.	
<i>Intelligit filiae dedecus.</i> <i>ibid.</i>	<i>Loxa recuperata.</i> 92	
<i>Dissimulat dolorem.</i> <i>ibid.</i>	<i>Ludouicus Septimus Franciae Rex in Hispania.</i> 69	
<i>Septam nauigat.</i> <i>ibid.</i>	<i>Ludouicus Torres in Hispaniam missus.</i> 114	
<i>Accersit Musam ex Africa.</i> <i>ibid.</i>	<i>Luiba secundus Recaredo succedit, Princeps insignis.</i> 132	
<i>Inuadit partem Hispaniae.</i> <i>ib.</i>	<i>Occiditur.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Scelerum dat penas.</i> 44	<i>Luiba Hispaniae Rex.</i> 29	
<i>In vincula conijcitur.</i> <i>ibid.</i>	<i>Creat fratrem Regni consortem.</i> <i>ibid.</i>	
L		
<i>Lamina aerea & eius inscriptio Bononiae.</i> 102. 103	<i>Lusitania unde dicta.</i> 2	
<i>Legio urbs a Saracenis occupatur.</i> 62	<i>Oceano terminatur ab Occidente.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Legatorum ingens numerus Bononiae.</i> 101	<i>Lusitani Ioannem nothum creant Regem.</i> 86	
<i>Leonardus Ronconus Legatus.</i> 113	<i>Lusus patri succedit.</i> 9	
<i>Leouigildus solus imperat.</i> 29	<i>Luzgalus pyrata.</i> 142	
<i>Cor dubam occupat.</i> 30	<i>Dux Veteranus.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Creat filios Regni consortes.</i> <i>ibid.</i>	<i>Eius fortitudo.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Cantabros domat.</i> <i>ibid.</i>	<i>Fuga euadit.</i> 147	
<i>Delet Suenorum Regnum.</i> <i>ib.</i>	M.	
<i>Filium rebellem Hispali obsidet.</i> <i>ibid.</i>	<i>Mahometes nascitur.</i> 31	
<i>Arrianus.</i> <i>ibid.</i>	<i>† Mahometes Miramolinus quisnam.</i> 35	
<i>Catholicus.</i> 31	<i>Eius cum duobus aulicis sapientissimum colloquium.</i> <i>ibi.</i>	
<i>Præcipit filio, ut B. Leandrum colat.</i> <i>ibid.</i>	<i>Mahometus Siroccus Alexandriae Praefectus.</i> 136	
<i>Primus Regum purpura in-</i>	<i>A Con-</i>	

RERVM MEMORABILIVM.

<i>A Contarino capitur.</i> 141	<i>Muleasses regno restituitur.</i> 151	
<i>Moritur.</i> <i>ibid.</i>	<i>Murcia recuperata.</i> 76	
<i>Mahometes Beius Nigroponti.</i> 141	<i>Eius insignia.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Eius sapiens consilium.</i> <i>ibid.</i>	<i>Musa Dux Miramolini.</i> 41	
<i>Malaca recepta.</i> 92	<i>Transfretat in Hispaniam.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Maiorica insule expugnata.</i> 74	<i>Occupat partem.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Mauregatus Hispaniae Rex.</i> 50	<i>Concipit spem Hispaniae obtinenda.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Regnum occupat.</i> <i>ibid.</i>	<i>Maiores copias ducit.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Patri dissimilis.</i> <i>ibid.</i>	<i>† Mustapha Turcici exercitus Imperator.</i> 117	
<i>Vitijs deditus.</i> <i>ibid.</i>	<i>Versus Nicosiam properat.</i> 119	
<i>† Infame tributum promittit barbaris.</i> <i>ibid.</i>	<i>Nicosiam oppugnat.</i> 120	
<i>Marchio del Vasto Dux Caroli quinti.</i> 105	<i>Famaugustam obsidet.</i> 122	
<i>Marchio S. Crucis.</i> 134	<i>Eius nouum inuentum.</i> 127	
<i>Marcus Antonius Bragandinus Famaugusta Praefectus.</i> 113	<i>Obsides Famaugustam mittit.</i> 129	
<i>Marcus Antonius Bragandinus.</i> 123	<i>Eius periurium.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Eius prudentia.</i> 124	<i>Crudelitas.</i> 130	
<i>Marcus Quirinus Pronisor Venetus.</i> 132	<i>Vrbem intrat.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Marcus Antonius Columna Imperator Pontificius.</i> 135	<i>Mutij Tribuni mordacitas.</i> 133	
<i>Marci Cigogna fortitudo.</i> 140	<i>Eius perucasia.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Coraperum pyratam capit.</i> <i>ib.</i>	<i>Suspenditur.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Matrimonium amicitiae vinculum.</i> 86	N.	
<i>Matrona casta tantum semel nubit.</i> 79	<i>Noeni filij ad varias orbis partes se conferunt.</i> 3	
<i>Michael Sorianus Legatus Romanae.</i> 114	<i>Noe moritur.</i> 4	
<i>Mos Ottomannorum.</i> 111	<i>Quando.</i> <i>ibid.</i>	
	<i>Vbi.</i> <i>ibid.</i>	
	<i>Normanni in Hispania a Comite Castelle vincuntur.</i> 61	
	O.	
	<i>Odijs causa inter Carthaginenses & Ro.</i>	



INDEX

& Romanos. 15
 Oligiris quam. 33
 Ordinis S. Jacobi infigne quale. 71
 Ordonius Ramiro succedit. 53
 Reddit Mauros tributarios. ibid.
 Recuperat Salamancam. ibid.
 Ordonius secundus Rex. 57
 Barbaros vincit. ibid.
 Vindicta cupidus. ibid.
 Occidit Castellæ Comites. ibid.
 Ordonius tertius Rex. 59
 Repudiat uxorem. ibid.
 Fratrem rebellem superat. ibi.
 Ordonius cognomento Malus quisnam. 59
 Fugit ad Comitem Castellæ. ibid.
 Occupat Regnum. ibid.
 Ducit uxorem. ibid.
 Castellæ excluditur. 60
 Occiditur. ibid.
 Orelia equus Regis Roærici. 43
 P.
 Palentia civitas. 10
 A quo constructa. ibid.
 Undè dicta. ibid.
 Studium generale Hispaniæ olim. ibid.
 Palatius succedit patri. 10
 Ex Hispania fugatus. ibid.
 Parma & Urbini Principes prælio Lepantino interfunt. 135
 Paulus Græcus perfidus. 136
 Pelagius orbe fugatur. 45
 Latet in Cantabria. ibid.
 Post cladem venit ad Asturias. 46
 † Hispania liberator. ibid.
 Cogitat vindicare sororis decus. 46
 Excitatur Christianos ad arma. ibid.
 Dux eligitur. ibid.
 Primus post cladem Rex Hispaniæ. ibid.
 Rex Legionis dicitur. ibid.
 Mutat Hispaniæ insignia. ibid.
 In caueam se recipit. 47
 E spelunca egreditur. ibid.
 Vincit Mauros. ibid.
 Recuperat magnam Hispaniæ partem. ibid.
 Moritur. ibid.
 Petrus Rex. 84
 Crudelis. ibid.
 Occidit Regem hospitem. ibi.
 A fratre regno & vita exutus. ibid.
 Philippus Austriacus Castellæ Rex. 98
 Ex Flandria nauigat in Hispaniam. ibid.
 Hispanis gratus. ibid.
 Immature moritur. ibid.
 Eius laus & proles. ibid.
 Philippus

RERVM MEMORABILIVM.

Philippus 2. Caroli quinti filius ibid.
 Vincus Rex. 107
 Dies eius natalis. ibid.
 Ad Remp. euehitur. ibid.
 Ducit Regis Portugalliæ filiam. 108
 Ducit Angliæ Reginam. ibid.
 Laude dignus. ibid.
 Gerit cum Gallo bellum. ibid.
 Obsidet Sanctoquintinum. ibi.
 Pugnât cum Gallis. ibid.
 Refert ingentē victoriam. ib.
 Expugnat Sanctoquintinū. ib.
 Amans pacis. ibid.
 Ducit Isabellam Galli filiā. ib.
 Conuertit arma in Turcas. ib.
 Mittit classem in Africam. ib.
 Vitur victoria. ibid.
 Reddit tutam à piratis Hispaniam. ibid.
 Conseruat ab interitu insulam Melitensem. 100
 Mittit fratrem contra Turcas. ibid.
 Init fœdus cum Pontifice & Venetis. ibid.
 Mittit fratrem in Africam. ibid.
 Legat Amidam Tyrannum in Siciliam. 151
 Fit Portugalliæ Rex. ibid.
 Ingentes obtinet victorias in nouo orbe. 152
 Propagat fidem in nouo orbe. ibid.
 Liberat captiuos Christianos. 452
 Vitur perpetuis victorijs. ibid.
 Perfert motus in Belgio. 153
 Conatur sedare motus, sed frustra. ibid.
 Incidit in morbum & moritur. ibid.
 Laus eius & atas. ibid.
 Philippus 3. Hispaniarum Rex. 154
 Phrygijs populi aliàs Brigijs, undè dicti. 5
 Pialis Bassa Constantinopoli cum classe soluit. 115
 Pontifex summus duodecim triremes instruit. 13
 Fœdus cum Philippo 2. init. ibid.
 Portaus Bassa. 136
 Christianam classem inuadit. 144
 Fuga euadit. 144
 Princeps Auriacus mittitur ad bellum Florētinis inferendum. 107
 Prodigium Toleti Iudæo oblatum. 74
 Territus fit Christianus. ibi.
 Pyrrhus tendit in Siciliam. 14
 Parit sibi odium. ibid.
 Fugit ex Sicilia. ibid.
 P
 Eius



INDEX

Eius dictum de Romanis & Carthaginensibus.	15	Reges Gothi regnant in Hispania.	19
Q.			
Quinque Reges interfuit praelio, & quinam.	23	Regis Francorum de aula Hispania dictum.	60
R.			
Ramirus Rex	52	Recaredus Rex Catholicus.	31
Superat Comitem rebellem.	ibid.	Catholicis bona restituit.	ibid.
Vnicè amat fratrem.	ibid.	Abiurat heresim.	ibid.
Vincit Normannos.	ibid.	Euadit insidias.	ibid.
+ Negat dare barbaris tributum.	ibid.	Pater patriæ.	ibid.
Visione confirmatur.	53	Toleti moritur.	ibid.
Barbaros praelio superat.	ibid.	Recaredus secundus puer Rex est.	33
Ramirus secundus Rex.	58	Infans moritur.	ibid.
Fratri monasterium edificat.	ibid.	Radagastus quisnam.	20
Madritium capit.	ibid.	Rodericus Theofredi filius fugit ad Romanos.	39
Vincit Mauros.	ibid.	Romanis charus.	ibid.
Cæsaraugustæ Regem capit viuum.	ibid.	Milite auctus venit in Hispaniam.	ibid.
Morientis oratio.	ibid.	Vitissam superat.	ibid.
Ramirus tertius Rex.	61	Oculis priuat.	ibid.
Fit insolens.	ibid.	Rex est.	ibid.
Spernit matris consilia.	ibid.	Perdit Hispaniam.	ibid.
Offendit nobilitatem.	ibid.	+ Stuprat nobilem puellam.	41
Ad Veremundum opprimendum proficiscitur.	ibid.	Mittit consobrinum contra Musam.	ibid.
Moritur post pugnam.	ibid.	Accingit se bello.	ibid.
Récessunthus Rex.	35	Conscribit nobilitatem.	42
Concilia procurat.	ibid.	Pugnat sed dubio Marte.	ibi.
Primatam Hispaniæ Toletum transfert.	ibid.	Summam belli experitur.	ibid.
		Coronatus in pugnam procedit.	ibid.
		Strenuus miles.	ibid.

Occum-

RERVM MEMORABILIVM.

Occumbit.	42	A pinguedine liberatur.	ibid.
Non inuentus.	43	Castellam declarat liberã.	ibi.
Eius tumulus & inscriptio.	ibid.	Veneno necatur.	61
Aperuit palatium clausum.	45	Sanctius Maior Aragoniæ Rex uxoris causa Castellam obtinet primus.	64
Inbiat thesauris palatij.	ibid.	Sanctius secundus Rex Castellæ.	66
Deceptus.	ibid.	Infert fratribus bellum.	ibid.
Viso palatio territus.	ibid.	A quo tam trucidatur.	ibid.
+ Rodericus de Buar quisnam.	86	Sanctius tertius Rex est.	70
Mauris terribilis.	ibid.	Desideratus dictus.	ibid.
Genus trahit ex Comitibus Castellæ.	ibid.	Instituit ordinem de Calatrua.	ibid.
Mortuus equo imponitur.	ibi.	Pius in fratrem.	ibid.
Roma Orbis Domina.	16	Immatura morte eripitur.	ib.
Romani Hispaniam occupant.	16	Sanctius quartus Rex.	78
Romani Duces illustriores.	16	Excludit fratris filios.	ibid.
Roma Gothia dicta.	21	Virtutibus clarus.	ibid.
Romani vastantur à Septentrionalibus.	20	Deuincit Regem Fessanum.	ib.
Romus succedit patri.	9	Saracenorum satrapæ veniunt ad curias Alfonsi octauæ.	69
Romani non mittunt Legatos ad Alexandrum.	102	Scipio abigit ab exercitu duos scortorum millia.	67
S.			
Sagitta in Mauros conuertuntur.	47	Selymi mens.	112
Sagunthus olim Zacynthus.	11	Mittit Legatum Venetias.	ib.
A quo condita.	ibid.	Quare.	ibid.
Salomonis supellex Carcassonæ seruata.	25	Senis Mauri oratio ad Ferdinandum.	80
Sanctius Roderici consobrinus cadit pelio.	42	Septentrionales vastant Romanos.	18
Sanctius Crassus Rex.	60	Serui rebellant dominis.	
Se confert ab Regem Cordubiæ.	ibid.	Solymanus obsidet Viennã.	103
		Non acceptat praelium.	ibid.

P 2

Ex



I N D E X

Ex Vngaria fugatur.	104	Quis.	ibid.
Timet Caroli potentiam. ibi.		Hispania Monarcha.	ibid.
A suis de fuga carpitur. ibid.		Ædificat Olgirim.	ibid.
Eius dictum de Carolo & Ferdinando.	ibid.	Declarat filium Regni consortem.	ibid.
Soria quenam.	68	Moritur cum filio eadem hora.	ibid.
Sicanus succedit patri.	8	Pauperum patronus.	ibid.
Sicania unde dicta.	ibid.	Suintilla secundus Rex.	34
Eadem que Trinacria. ibid.		Duo Concilia procurat.	ibid.
Sicileus patri succedit.	8	Bella non habuit et quare. ib.	
Strenuus miles.	ibid.	Ordinat Rempub.	ibid.
Eo regnante diluuium Thesaliam.	ibid.	Sycoris fluvius a quo dictus.	8
Siculi mittunt legatos ad Pyrrhum.	14	Eius meminit Caesar.	ibid.
Deficiunt à Pyrrho.	ibid.	Sycorus Rex quot annos regnavit.	ibid.
Sigericus Ataulpho succedit.	22	T.	
A suis occisus.	ibid.	Tagus succedit patri.	5
Sillo Rex quisnam.	49	Colonias deducit in Africam. ib.	
Ignominiosam pacem cum barbaris facit.	ibid.	Quot annos regnavit.	ibid.
Pœnitentia ducitur.	ibid.	Tagus fluvius unde dictus. ibi.	
Domat Galleciam.	ibid.	Tariclo Rex Maurorum.	47
Sisebutus Rex.	33	Tarracona unde dicta.	2
Eius laus.	ibid.	Tariffa expugnata.	78
Iudeos persequitur.	ibid.	Thendius Hispania Rex.	27
Concilium procurat.	ibid.	Quisnam.	ibid.
Eius mors qualis.	ibid.	Cædes.	ibid.
Sisenandus Rex.	34	Morientis mandatum.	28
Procurat concilium.	ibid.	Theodosius creatur à Gratiano consors Imperij.	20
Stilico cedit Alaricum.	20	Theodoredus V Vallia succedit.	23
Sueuorum Regnum deletum.	30		
Quot annos duravit.	ibid.	† Cum Romanis Attilam aggredditur.	ibid.
Suintilla Rex.	33	Eius	

RERVM MEMORABILIVM.

Eius mors.	ibid.	Mari venit in Hispaniam. ib.	
Theodoricus Rex insignis.	24	Appulit propè Nauarrã. ib.	
Pugnat cum Rege Sueuorũ. ib.		Duas vrbes condidit.	ibid.
Eius cædes.	ibid.	Regnavit ad multos annos.	ibid.
Theodorici statua aurea.	26		
Theodiscus Hispania Rex.	28	Tulcas Rex.	34
Quisnam.	ibid.	Iuuenis prudens.	ibid.
Libidosus.	ibid.	Princeps insignis.	ibid.
Occiditur.	ibid.	Moritur in flore ætatis. ibid.	
Theodofredus quisnam.	36	Turcarum classis in Europa dissipatur tota.	109
Theofredus exul Cordubæ.	39	Turcarum copie ad bellum Cyprum.	114
Eius vxor que.	ibid.	In Cyprum appellunt.	117
Theresia Alfonso quinti soror.	63	Nicosiam capiunt, spoliãt.	121
Nubit Regi Mauro.	ibid.	Famã Augustam obsident.	123
Virgo castissima.	ibid.	Verberant.	124
Abhorret infideles nuptias. ib.		Turcarum classis clades.	141
Ad fratrem reuertitur.	ibid.	Turcarum casorum numerus.	149
Ducit vitam cœlibem.	ibid.		
Testa quisnam.	9	Turismundus Theodoro succedit.	23
Quomodo Rex est.	ibid.	Ab Aetio decipitur.	ibid.
Timetum antiqua Carthago.	104	Fugat Attilam.	24
Deditur Carolo.	ibid.	Eius mors.	ibid.
Toleti palatium clausum.	45	V.	
Toletum recuperatum.	67	Valentia vrbs.	9
Tres Imperatores vulnerati.	148	A quo condita.	ibid.
Trinacria eadem que Sicania.	8	Vnde dicta.	ibid.
Troia quando eversa.	11	Valentiniannus occiditur.	24
Tubal filiorum Iaphet quintus primus Hispania Rex.	4	Velasorum domus.	88
Omnium primus in Hispaniam venit.	ibid.	Venetorum ad Selymi postulata responsio.	112
Attalus quoque dictus.	ibid.	Legatos ad Principes Christianos	
Greges & armenta inducit.	ibid.		
ibid.			



INDEX RERVM MEMORABILIVM.

<i>stianos mittunt.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Ducit multas uxores.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Præsidium in Cyprum mit-</i>	<i>tunt.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Veremundus Rex.</i>	51	<i>Deturpat Gothorum gloriam.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Princeps magnanimus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vxorem demittit.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Crudelis erga Theofredum.</i>	<i>ib.</i>
<i>Alfonsum constituit Regem.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Superatur à Roderico.</i>	39
<i>Veremundus Podagricus Rex.</i>	62	<i>Oculis priuatur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Cum Saracenis bellum gerit.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Eius mors.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Victoria potitur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Caret sepulchro.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Insolescit.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vlvs Hispaniam regit.</i>	9
<i>Moritur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Quisnam.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Veremundus tertius Rex.</i>	64	<i>Non Rex sed Princeps.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Gerit cum Ferdinando bel-</i>	<i>lum.</i>	<i>Princeps bonus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Cadit in acie.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Quot annos regnavit.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Bella euitat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vlyssipona à quo condita.</i>	11
<i>Victericus occidit Luibam.</i>	32	<i>Vlyssipona recuperata.</i>	68
<i>Regnum occupat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vrraca Alfonsi 6. filia nubit</i>	
<i>Scelestus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Raymôdo Comiti Tolosati.</i>	68
<i>A suis obruncatur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>VVallia Rex creatur.</i>	23
<i>Vitissa Rex.</i>	37	<i>Non audet cum Romanis pa-</i>	<i>cem facere.</i>
<i>In initio bonus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Flagitiosus factus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Romanis bellum infert.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Fasilam occidit fusle.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pacem facit cum Romanis.</i>	<i>ib.</i>
<i>Habet consuetudinem cum Fa-</i>	<i>file uxore.</i>	<i>Placidiam remittit in Ita-</i>	<i>liam.</i>
<i>Pelagium vrbe fugat.</i>	38		<i>ibid.</i>
		X.	
		<i>Ximena Alfonsi 3. Uxor qua-</i>	
		<i>nam.</i>	54
		<i>Maritum non amat.</i>	55

Finis Indicis.

THEATRVM
REGIVM

SIVE

REGVM ARAGONIÆ,
BREVIS SERIES

ET

COMPENDIOSA NARRATIO.

VARIAS ILLIVS REGNI HISTORIAS COMPLECTENS.

EODEM AVCTORE.



BRVXELLÆ,
Apud Ioannem Meerbecium. M. DC. XXVIII.

Permissa Regio.



ILLVSTRISSIMIS
NOBILISSIMISQVE VIRIS
AC DOMINIS
D. FRANCISCO
LAMBERTINO
PODII COMITI;
AC
BARTHOLOMÆO
LAMBERTINO
REIPVB. BONONIENSIS
QVADRAGINTA-VIRO,
I. B. LAMBERTINVS
S. P. D.

SOLEBANT veteres, Ill.^{mi} viri, quod
& recentiores sequuti sunt, scri-
ptis suis munimentum quoddam
eligere, quo tutiùs in hominum manus
venirent. Non enim mortales solùm fœ-
da linguarum proteruia, non secus atque
aspidis quodam morfu, impetuntur, ve-
rùm res quoque inanimatas ab hoc ca-
lumniæ genere immunes non esse quis
Aragonia. ã 2 igno-



EPISTOLA

ignorat? Quare meritò huic tanto malo medelam perquam necessariam rati maiores nostri patrociniū, quasi tutum suis scriptis atylum veterum scriptorum, illustrissimi quique sibi vindicarunt. Quorum ego (licet fortè non æquis passibus) secutus vestigia, Aragoniam non infimum Hispaniæ Regnum calamo meo breuissimo compendio vtcumque illustratam tutelæ veſtræ committere non abs re fore iudicauī: quod in ea maiores veſtri (quos & ego meos tenuitatis meæ & veſtri splendoris nuper mihi ſpectati & cogniti memor, appellare penè erubuerim) crebris & diuturnis legationibus pro Senatu Bonon. functi, eius Regibus tam grati fuerint, vt ab ijsdem ob strenuam arduis in rebus, & consilio, & armis (in Maioricæ potissimum insulæ & Valentiaē vr̄bis expugnatione) nauatam operam multis honorum titulis, Prouinciarum præfecturis ornarentur: ipsis insuper Aragoniæ armis gentilitijs donarentur. Quo pretiosissimo dono à potentissimis Regibus aucti, domum suam omni gloria & triumphis

DEDICATORIA.

phis repleuere, posterisque suis (quorum vos princeps cōlumen estis) strenuitatis, bellicarum virtutum, nobilitatisque suæ insignia transmiserunt. Quorum longam seriem, quingentorum & amplius annorum huic loco inferre, eosque, qui vitæ sanctimonia, atque Ecclesiasticis dignitatibus claruerunt, quique constanti in armis robore, vel literis cæteris præcelluerunt, enarrare cū alienum quemlibet magis quam me deceat, manum, quod aiunt, de tabula hīc tollo, id vnum enixè precatus, vt Aragoniæ hanc descriptionem æqui bonique consulatis.

Aragonia.

ã 3

CATA.



CATALOGVS REGVM,
qui Aragoniam simul cum Na-
uarra obtinuerunt.

1. Ennicus Arista.
2. Garfias Ennicus.
3. Sanctius Auarca.
4. Garfias Tremulus.
5. Sanctius Maior. Hic Hispaniæ Imperator dictus fuit, ac filio Ramiro Aragoniam, Garfiæ verò Nauarram reliquit. Vnde ab his vtriusque Regni Regum catalogum deducemus.

Aragonix Regum catalogus.

1. Ramirus Sanctij Maioris filius.
2. Sanctius.
3. Petrus.
4. Alfonso.
5. Ramirus Monachus.
6. Raymundus Barcinonensis Comes.
7. Alfonso secundus.
8. Petrus secundus.
9. Iacobus.
10. Petrus tertius.
11. Alfonso 3.
12. Iacobus secundus.

13. Al-

CATALOGVS.

13. Alfonso quartus.
14. Petrus quartus.
15. Ioannes.
16. Martinus.
17. Ferdinandus.
18. Alfonso quintus.
19. Ioannes secundus.
20. Ferdinandus Catholicus secundus.
21. Carolus Austrius Imperator.
22. Philippus Austrius.
23. Philippus Austrius.
24. Philippus Austrius, qui hodie feliciter regnat.

THEA-



THEATRI REGI ARAGONIA.



ARAGONIA Hispani Orbis pars est, medio inter Castellam, Granatam, Valentiam, & Navarram situ. Eam à Tarraconensibus corrupto vocabulo dictam volunt, qui de Aragonie fluvio & Ara Herculis, siue ludis agonalibus dici somnium non immeritò censent. Qua ratione non desunt, qui Reges Aragoniæ, Tarraconensium Reges vocant, à parte potiori vocabulum sumentes, sub Tarraconensi enim Prouincia quæ Hispania citerior Romanis erat, comprehenditur. Verùm Aragoniæ nomen apud omnes obtinuit, & Aragoniæ Reges dicuntur, qui in ea postmodum regnarunt. Regio nobilissima est, rebusque ad usum humanum necessarijs abundantissima: maximo fluvio Ibero irrigatur, qui præclarissimæ, maximæque urbis Cæsaraugustæ muros cum gratissima spectantium amœnitate lambit. Vrbs ea ab Augusto, secundum aliquos, exstructa, vel amplificata, ab eodem sic dicta Regni metropolis est, in qua Aragoniæ Reges

Aragonia. a



THEATRVM

Reges diadema accipiunt. Sub Hispaniæ Regibus antiquis fuit, donec admirabili & fere incredibile viginti sex annorum ficitate Hispaniam incolis vacuum Barbari occupassent; postea Carthaginensibus, demum, his superatis, Romanis paruit, qui eam cum reliqua Hispania in formam prouinciæ redactam per Prætores administrabant. Verùm his sub Imperij occasum à Gothis erepta, Reges è Gothorum sanguine recepit: vsque dum Regis Roderici vitio perditæ, Comitisque Iuliani scelere prodita, ab impuris Mauris, cum eo, quod ferè reliquum erat Hispaniæ, occuparetur. Postquam insignem calamitatem, miseramque Hispaniæ cladem, qui ad montes Pyrenæos salutis ergo, à cruentis Barbarorum faucibus fuga liberati, se receperant (sicut & illi, qui ad montes Asturiarum, & Cantabriæ confugerant, Pelagium Ducem, siue Regem salutarant) quorundam Christianorum vitæ sanctitate præstantium sapientissimis consilijs, Garciam Ximenum Gothici generis nobilem virum Ducem dixerunt, anno à nato CHRISTO septingentesimo sexto decimo. Garcias igitur Ximenius (à quo Aragoniæ & Nauarræ Reges descendunt) in montibus Pyrenæis Christianorum Dux factus vir Christianæ religionis amore mirè feruens, paucis, quas secum habebat, copijs Mauros aggressus, ingenti eorum edita strage, magnam Nauarræ partem recuperauit. Cui filius Garcias Ennicus, & ipse magnus Christianæ Religionis assertor,

REGIVM.

3

assertor successit. Hic (vt Mauris erat infestissimus) Pompeiolim urbem Nauarræ primariam, aliaque oppida eorum crudelitati eripuit. Sub idem tempus vir inter Christianos erat strenuus nomine Asnar, hic fluuium Aragonium cum eiusdem audaciæ commilitonibus primus trajiciens, locaquamplurima armis expugnauit. Qua de causa Aragoniæ Comes appellatus est: cui deinde Galindus filius successit. Mortuo Garcia Ennico filius Fortunius Garcias, Dux Nauarræ, vxoris nomine, quæ filia erat Galindi Comitis creatur Aragoniæ Comes: Ex qua filium genuit Sanctium Garciam, qui Mauros acriter adortus, tota ferè Nauarra expulit. Verùm prælio cum Saracenis commisso, dum ardentè instat, circumuentus pulcherrima morte occubuit, nulla de se relicta prole. Quo mortuo rursus eam Aragoniæ & Nauarræ partem inuadunt Mauri, eamque ad Caroli Magni vsque aduentum conseruarunt. Qui cum duodecim Ducibus, quos Galli Pares vocant, valido instructus exercitu, Pyrenæos montes transcendens, asperrima bella cum summa felicitate Mauris intulit. Verùm Carolo (Saracenis tota ferè Aragonia & Nauarra fugatis) in Galliam reuertente, Ennicum ex Gothica gente virum, vel, vt alij volunt, ex Comitatu Bigorræ sibi Ducem Nauarrenses delegerunt. Qui secundum aliquos primus Aragoniæ, & Nauarræ Rex vnctus & coronatus dicitur: binaque illa Regna ad

Aragonia.

a 2

Rami-



THEATRVM

Ramirum Sanctij Maioris filium vsque (quem multi primum Aragoniæ Regem faciunt) coniuncta fuisse affirmant. Vtcunque tamen sit, siue Dux, siue Rex primus Ennicus fuerit, bellicosissimus erat, & manu promptus, quiq̃ue visis hostibus non aliter in armis arderet, quam in igne arista, vnde Ennicus Arista dictus fuit. Hic Mauros multis certaminibus superauit, vexillis candida cruce insignitis vsus fuit, ob eandem à se in aère conspectam. Huic succedit filius Garsias Ennicus, qui non minùs armis strenuus, quam vita & moribus integer erat. A Mauris cum exercitu aduentantibus præuentus, & prælium committere coactus, cum vxore Vrraca iam partui vicina, fœmina plurimis virtutibus nobilissima occisus est. Vndè interregnum fuisse aiunt annorum quindecim, siue octodecim, dum Sanctius, cognomento Auarca, educaretur, quem ex vtero matris inter vulnerum à Mauris inflictorum spiramina à nobili quodam Equite cæsum perhibent. Hic vbi adoleuit semper se inuictum & terribilem armis ostendit, Maurosque è Cantabria, finibusque montium Pyrenæorum ad Naiaram vsque fugauit. Qui tandem discedens, filium Garsiam Sanctium reliquit hæredem. Hic quod bella futura perhorrescere videbatur, Tremulus dictus fuit, nihil tamen minùs quam tremulus in armis erat, sed fortis & intrepidus: quare geminis armis, fortitudine & prudentia hostes sæpissimè debellauit.

Sanctius

REGIVM.

5

Sanctius cognomento Maior filius huius fuit, atque successor: qui Eluiram primis nuptijs fœminam nobilissimam vxorem habuit, ex qua Ramirum genuit: secundis verò Maioram, quam & Eluiram quoque dictam nonnulli asserunt, Castellæ Comitissæ filiam ex qua Ferdinandum Legionis, & Castellæ, Garsiam Nauarræ, & Sanctium Vasconiæ postea Reges suscepit. Hic Sanctius Maior (filio Ferdinando matris iure Castellæ, vxoris verò Sanctiæ Alfonsi quinti filii, Veremundi tertij in acie cæsi sororis causa Legionis Rege facti) totius Hispaniæ Imperator Vcari voluit, quam ferè totam Christianis recuperauit, Mauris è Nauarræ, Aragoniæ, Castellæ, Legionis, Portugalliæ, Cantabriæ, & Vasconum finibus exterminatis. Hispaniæ Principatum per annos quinquaginta quatuor obtinuit, quem filijs eo, vt supra dictum est, modo, diuisum reliquit. In Regno Aragoniæ successorem habuit Ramirum filium primogenitum, quem Sanctij Maioris non legitimum, sed nothum fuisse non desunt, qui dicant, eumque (Eluira siue Maiora nouerca sua adulterij crimine apud maritum à proprijs filijs accusata, sed falsa reatus suspicione, per duellum à Ramiro ad castissimæ fœminæ innocentiam probandam accusatoribus filijs oblatum liberata) Aragoniæ Regnum, non quod filius legitimus foret, verum insignis in nouercam pietatis demonstratæ præmium, Sanctij patris vxorisque voluntatè obtinuisse. Hunc ergo Ramirum

in Aragonia.

a 3

primum



primum Aragoniæ Regem, à quo cæteri originem ducunt, hic ponimus, non quod primus fuerit, (nam Enricum Aristam Regis nomine Aragoniam habuisse superius dictum est) sed quod solus solam Aragoniam adeptus sit, cum præcedentes Nauarræ quoque Reges dicerentur. Ab hoc Ramiro Aragoniæ Regum catalogum, tanquam à primo inchoabimus, ad vltimum vique producentes.

Rex
1. Ramirus igitur patris Sanctij maioris Hispaniæ Imperatoris filius, in Regno Aragoniæ successor factus est anno à CHRISTO nato millesimo, decimo octauo, secundum alios verò trigesimo quinto, & rursus secundum alios decimo septimo; quem annorum numerum in hac parte libri (cum tanta de eo sit inter Scriptores varietas & altercatio) in margine non decreui annotare, quod sine aliqua veritatis (ob eorundem Auctorum disparitatem) affirmatione in prima parte feci. Regum autem nomina folij numero in catalogo, quem libri huius secundi exordio præposui denotata Lector inueniet. Fuit Ramirus Princeps bonus & pius, Hermilandam Bigorriæ Comitissæ filiam vxorem duxit. Cum fratribus Sanctio primùm, deinde cum Ferdinando bellum gessit. Verùm Sanctio à quodam Vascone, Tomanerio dicto, occiso, Subrarbrorum populi Principatum Ramiro dederunt, vnde bellum, quod cum Ferdinando fratre gessit, initium sumpsit, in quo Ramirus occubuit

buit anno regni quadragesimo sexto,

Sanctio filio hærede, & successore relicto. Hic ad- Rex
uersus Mauros acerrima bella gerens, stupendas vi- 2.
ctorias est consecutus. Oppida multa recuperauit, Stel-
lam, Lunam, Ayerbem condidit. Nauarræ regnum,
Garsia patruo in bello occiso administrauit, cuius se
Regem dici voluit. Rodericum Viuarium Cidum,
præstantissimum sui temporis Ducem semel in prælio
vicit, quem vt hostem (gesserat enim cum Ferdinan-
do contra Ramirum patrem bellum) armis prosequen-
batur. Mauris apud Cæsaraugustam, & Tutelam mi-
rabiliter attritis, Oscam Ciuitatem obsidione cinxit,
In cuius oppugnatione cum eleuato brachio, locum
ad inuadendam urbem haud difficilem militibus
monstraret, sagitta percussus paucis diebus post occi-
dit, filijs regni que Proceribus iureiurando astrictis de
obsidione non deserenda, nisi prius oppido in pote-
statem redacto, quod breui contigit. Ex vxore Fœlicia
tres filios reliquit, Petrum, Alfonso, & Ramirum.
Quorum

Petrus primogenitus, Aragoniæ Rex est post pa- Rex
trem, quo viuente Ripagortiæ, & Montisoniæ Rex 3.
dictus fuerat. Oscam Ciuitatem, vt pater præceperat,
acerrimè oppugnauit, ad quam obsidione liberandam
Cæsaraugustanus Rex Almozabenus cum ingenti
Maurorum copia aduenit. Verùm hunc Rex Petrus

Aragonia.

a 4

ag-



THEATRVM

aggressus tantam edidit stragem, vt barbarus Rex fugatus & castris exutus cum paucis praelio superfuerit, capto Garfia Regis Castellæ fratre, qui obsessis cum Almozabeno auxilio venerat. Post hoc praelium Oscam vi expugnat, ac mortem paternam egregie vltus, multa barbarorum millia patri inferias mittit. Inter cadauera, Christianis prædam & spolia colligentibus, quatuor abscissa Maurorum capita, multis & pretiosis ornata gemmis, inuenta fuere, quæ Rex ad se allata, Regum aut primariorum inter Mauros virorum fuisse iudicans, insignibus suis flammeam crucem in albo clypeo cum Maurorum capitibus quatuor in signum victoriæ adiunxit. Oscam ciuitatem obtinuit, Fortunij Lizani, qui à patre Sanctio hostis iudicatus fuerat, fortissimi viri ope, trecentos Vascones clavis ferreis armatos adducentis. Quorum armorum nouitate Mauri territi ceciderunt. Quare Rex Fortunium Lizanum in gratiam admissum à clavis, quæ vulgò Mazæ dicuntur, Mazam cognominauit. A summo Pontifice omnium, urbium quas à Mauris recuperauit, ius patronatus Rex Petrus obtinuit. Huic, nulla ex Agneta vxore superstite prole, frater

Rex 4. Alfonsus in regno successit. Hic Vrracam Alfonsi sexti Castellæ Regis filiam, Berengarij Comitiss viduam, vxorem habuit, cuius nomine Castellæ & Legionis Rex fuit. De huius Regis victorijs, item quo modo Castellam & Legionem Alfonso octauo Vrracæ vxoris,

REGIVM.

ris, & Berengarij Comitiss filio vltro cesserit: item de morte præcedenti libro sub Alfonsi septimi nomine dictum est. Erat huic Alfonso tertius frater Ramirus, qui iam diu in Gallia religioni S. Benedicti seruebat, in Monasterio, quod S. Pontij de Tomerijs appellatur. Ad hunc Ramirum Monachum (fratre Alfonsi in Fragæ oppugnatione vita priuato) Legatos cum Regni oblatione Aragoines mittunt: relicto ob morum arrogantiam Petro Alteres, qui à Regni Proceribus audita Alfonsi morte in Regem electus fuerat.

Ramirus cura Regni suscepta, ne Mauris belligerandi contra Christianos optata daretur occasio, Pompeionem profectus cum Garfia Ramiri Nauarræ Regis filio, certis conditionibus pacem fecit. Vxorem duxit Peitei Comitiss filiam, ex qua procreato filio (vt erat miræ sanctitatis vir) Monasterium rursus ingreditur, affirmans se non regnandi causa vitam monasticam, qua charius nihil habebat, reliquisse, verum ad sanguinis Christiani effusionem euitandam, filio verò Regni hærede ex se relicto nihil esse quod ab instituto diuertat. Quo filio in tenera ætate mortuo, iterum ex Monasterio vocatus reuertitur in Regnum, ex quo rursus (filia Petronella nomine ex vxore suscepta eaque Raymondo Barcinonensium Comiti, cum Aragoniæ Regno in dotem concessa, collocata) Monasterium ingressus, vitam piè & sanctè finiuit. Quod cum auctoritate certa Marineus Siculus lib.



10 THEATRVM
lib. 8. de reb. Hispaniæ ad verbum posuit. De hoc Ramiro narrant, cum esset vir sanctus, & S. Benedicti Religioni, cuius habitum sub regalibus vestibus gerebat, valdè addictus, à Primarijs eum Regni nobilibus contemptum, neglectumque. Quod animaduertens Rex ad Abbatem Sancti Pontij de Tomerijs, quem sapientissimum virum sciebat, nobilem quendam domesticum, cui multum confidebat, consilium super his petiturum clam misit. Hunc Abbas in viridarium adducens, Tarquinij ante Gabiorum urbem imitatus exemplum, gladiolo altiores herbarum flores decutiebat. Seruo itaque remisso & visa nuntiare iusso, callidum Abbatis consilium Rex intellexit. Qui Oscam profectus ingentem campanam, cuius sonitus per totam Aragoniam exaudiretur, se confecturum divulgavit. Huius itaque campanæ magnitudinem Regni Proceres videre auidi, Regis deliramenta deridentes, Oscam conueniunt. Vbi singuli in semotam Palatij partem adducti, Regis mandato iugulantur: iugulatos Rex, filijs ad triste spectaculum intromissis, ostendi mandat, idem intentans si patrum occisorum mores imitarentur. Ex potentioribus autem quindecim necavit, quorum nomina ab Hispanis Scriptoribus recensentur. Horrendū sanè in Regum & Principū despectores, DEO permittēte, exēplum, quos Paulus Apostolus à subditis suis vult honorari, etiā si minùs pij sint.

Raymondus Berengarius, Barcinonæ Comes, per
vxorem

vxorem Petronillam Ramiri Monachi filiam, Aragoniam obtinuit. Ea tamen conditione, ne Rex sed Princeps Aragoniæ, & Barcinonæ Comes diceretur, successores verò Aragonum Reges, & Barcinonæ Comites appellarentur. Verum cum hic de Barcinonæ Comitatu mentio incidit, non erit abs re eiusdem Comitatus principium & originem paucis exponere. Barcinonensis Comitatus à Barcinona vrbē splendidissima fortissimaque, quam à Carthaginensibus extractam volunt, nomen accipit, in ea Hispaniæ parte sita est, quæ Italiæ respicit, & Romanis citerior erat, siue Tarraconensis. Huc vir nobilis natione Germanus, cui nomen Otogerus Colantes, Pipino Gallorum Regi charissimus aduenit: & Mauris Hispaniam vastantibus, nouem Germanici sanguinis clarissimis viris ad se conuocatis, alios secum equites cum exercitu adducentibus, bellum intulit. Ad quos Christiani, qui cladi superfuerant, statim se contulerunt. Quibus Otogerus Dux ad societatem admissis, pulsus hostibus, magnam Tarraconensis Prouinciæ partem adeptus est. Huic tandem in ciuitatis Ampuriarum obsidione mortuo, Napifer Moncata, vnus ex nouem, morientis denominatione succedit. Qui Barbaris cum innumeris copijs aduentantibus, ab Ampuriarum obsidione discedens, in Pyrenæos montes se recepit. Verum Caroli Magni Imperatoris exercitu coniunctus, qui Rolandano, & Oliuero Ducibus, viginti equitum millia, peditum ferè innumerabilia in Hispaniam contra Saracenos



Saracenos ducebat, commisso prælio memorandæ illius victoriæ particeps fuit, qua tres Barbarorum Reges Toleti, Fragæ, & Segobricensium, occubuerunt. Post quod prælium nouem viri, qui primi in Hispaniam cum Orogero venerant, amplissima dominia à Carolo acceperunt, quos & viros Principes iussit appellari, filioque Ludouico præcepit, vt omnia, quæ de nouem virorum dignitatibus & dominijs statuerat, in perpetuum confirmaret. Quod & postea fecit: fugatis enim ex tota Tarraconensi Prouincia Mauris, constitutis in ea Comitatus, & Dominijs, Barcinonæ Comitatum sibi retinuit, eidemque viro nobili Griffæo, siue Goffredo, aut Ianifredo præesse iusso, vnus ex nouem esse ipse Rex voluit. Huius Ianifredi filius, & ipse Ianifredus siue Griffæus nominatus, in Flandria educatus, & Comitis Flandriæ filia maritus, post varias rerum fortunas, Barcinonæ Principatus possessionem & proprietatem à Ludouico Gallorum Rege, sub Comitis titulo primus obtinuit, qui filium Mironem secundum Barcinonæ Comitem, ex Flandriæ Comitis filia genitum, successorem reliquit. Cuius posteri Barcinonensem Comitatum successiue obtinuerunt ad Raymondum Berengarium vsque, qui decimus à primo fuit, Petronillæ Ramiri Monachi Aragonum Regis filia maritum, quo pacto Catalaunia cum Aragonia coaluit, manente tamen Comitatus Barcinonæ titulo, & in hunc vsque diem perdurante. Fuit hic Raymondus Berengarius Comes decimus, Raymondi Berengarij

Berengarij noni Comitis filius, de cuius victorijs contra Mauros obtentis, item prælijs, rebusque magnifice, sancteque gestis hic differere Regum Aragoniæ series, quam interrompere vereor, non permittit. Hoc tamen obiter de magnanimo hoc Principe Berengario, scilicet, nono dicere res exigit. Almania Imperatrix à duobus Imperij potentissimis Principibus adulterij falso accusata, ab Imperatore marito carcere detinebatur, morti addicta, ni duello intra annum liberaretur. Quo audito Raymundus Comes religiosum indutus habitum, Imperatricis confessionis audiendæ aliquam posse dari opportunitatem sperans, clam omnibus suis, domicello vno tantum assumpto ad aulam Cæsaream profectus est. Vbi ad Imperatricis confessionem admissus, eam omni falsi criminis culpa vacare certior factus, campum designatum pugne locum, cum duobus accusatoribus pugnaturus, solus ingressus est: quorum altero occiso, altero manus tendente, sua fortitudine & pietate Imperatricem mortis metu liberatam imperatorie dignitati restituit. Post hæc domum reuersus, vxorem duxit Dulciam, Gilberti Prouinciæ Comitis filiam, ex qua Berengarium, de quo sermo erit, filium genuit. Berengarius igitur Barcinonæ Comes, ducta Petronilla Ramiri filia, Regnum Aragoniæ, sub Principatus titulo, obtinuit. Princeps omnium sui temporis excellentissimus, fortitudine, humanitate, iustitia ceterisque animi & corporis dotibus præstantissimus. Cum

Aragonia.

b

Alfonso

Comite Barcinona



Alfonso Castellæ Rege sororio suo contra Mauros profectus, Almeriam ciuitatem, quæ Barbaris in Hispaniam traicientibus hospitium præbebat, post continuas oppugnationes euertit. Dertosam, Ilerdam (in cuius obsidione legatos à Ramiro Rege de filia matrimonio mandata habentes ad se missos excepit.) Fragam & Mirabetum ciuitates cepit, ac demum Mauris Barcinonæ Principatu & Aragoniæ finibus exactis, animum ad pietatem conuertit; vnde trecentas Ecclesias ædificauit, quas etiam, vt qui Christiana liberalitate præditus erat, redditibus dotauit, illas bonæ & sanctæ vitæ ministris committens. Fratris sui Prouinciæ Comitis à subditis occisi necem, Arelæntis ciuitatis excidio, egregiè vltus est, Prouincia sibi seruata. Ex qua rediens, paulo post vita laudabiliter transacta, apud Gerundam obiit, relicto ex vxore

Rex 6. Alfonso filio primogenito Aragoniæ Rege, huius nominis secundo: qui primus Aragoniæ Rex & Barcinonæ Comes per Principatum vnionem extitit. Multa præclara opera edidit. Turolium ciuitatem condidit, Russilionem, quam Perpinianum vocant, restaurauit. Cum Rege Castellæ bellum feliciter gessit. Ex vxore Sanctia Alfonso, Castellæ Regis filia, filios tres suscepit, quorum primogenitus

Rex 7. Petrus hoc nomine secundus in regno Aragoniæ & Comi-

Comitatu Barcinonæ successit. Hic cum Rege Castellæ in Bæticam profectus, apud Idubedam ciuitatem Rege Miramolino fugato, multisque Maurorum milibus trucidatis, insignem reportauit victoriam. Hinc Romam se conferens, ab Innocentio tertio Pontifice coronatus, successores suos in perpetuum CæsarAugustæ coronari posse ab eodem impetrauit. Vnde reuersus, Tolosanum Comitem affinem suum cum Simone Montisfortis Comite belligerantem inuenit, quem Simonem, vt hostem (iam enim Tolosani Comitis causam amplexus erat) in fugam vertens, à suis remotus, longèque digressus ab hostibus, quos persequebatur, quod ferè solus esset, ex fuga in se conuersis circumuentus occiditur. Ex Maria Guillelmi Montis Pessulani filia, Imperatoris Constantinopolitani nepte filium

Iacobum Principatum reliquit heredem. Hic à Simone prædicto, qui hostis fuerat, patris commenda-
8. tione educatus, occiso, vt dictum est, patre, captus tenebatur arcta custodia, nec ipse, ab Aragoniæ Præmibus repetitus liberabatur, quod Simoni patris necem iureiurando remittere abnueret. Sed hunc tandè, summo interueniente Põtifice, suis restituit. Ad què Iacobus Romam profectus, vt gratias ageret, paucos dies ibidem commoratus, Barcinonam reuertitur. Factiones hic non paucas inuenit: Sanctius enim & Ferdinãdus patris nepotem ob teneram ætatem despicientes, Regno
Aragonia. b 2 exclu-



excludere tentabant. Vnde Regem adolescentem in loco quodam fortissimo detinebant: verum ab Aragoniæ Magnatibus & Tarraconensi Præsule Oscâ primò, deinde Cæsaraugustam deductus, cum ingenti omnium gaudio Rex proclamatur. Ob res magnificè gestas fortunatus, & felicitis memoriæ dictus fuit: item genitus quasi diuinitus. Nam cum pater eius multarum mulierum amore captus, à Regina concubitu continuo abstineret, illa prolis admodum cupida (vt enim femina erat vitæ moribus præstantissima, Regnum sine legitimo successore relinquere non optabat) cum Regis cubiculario egit, vt clam pro puella, quam Rex concupiuerat, Regi adduceretur. Hanc summo mane Rex puellam ratus, ne nota foret, demittens coniugem agnouit, quæ à Rege discedere nolebat, nisi prius à Magnatibus cum Rege marito in lecto coniuncta visa fuisset. Quod & factum est. In qua nocte conceptum à Rege filium post nouem menses edidit. Huic pater Iacobo nomen dedit, à cereo ultimo consumpto, cui D. Iacobi nomē inscriptum erat, duodecim enim cereos equalis ponderis duodecim Apostolorum nominibus inscriptos accendi iusserat, puero nomē daturus, cuius cereus, reliquis extinctis, diutiùs perdurasset. Strenuus & imperterritus Princeps fuit. Cū magno totius Aragoniæ nobilissimorum Equitum numero in Insulas Balears traiecit. Vbi Maioricam ciuitatem post continuam oppugnationem cepit, magno vtriusque partis, militum horum defendere, illorum irruere conatum labore:

viz Petrus 2^o.

labore: quæ data in prædam militibus fuit. Clarus hac victoria, fugatis ex tota Insula Mauris, Regem eorum bello captum secum ducens in Hispaniam redijt: Post hæc Murciæ prouinciam recuperauit. Deinde Barcinona classe soluens, Almeriam ciuitatem à Mauris reedificatam, militibus in terram expositis, machinis aggreditur, quarum continua concussione muris ruinam agentibus, Mauri perterriti ad colloquium venire, inducijsq; impetratis, magnum quotannis vectigal soluendum obtulerunt. Sed hoc Rex non contentus; expugnataram urbium portas primùm accipere, deinde vectigal imponere, Hispanorum moris esse animosè respondit. Quo responso hostes metu perculsi omnes ciuitatis portas à valuis conuulsas attulerunt, ac de tributo conuenerunt. Eodem victore exercitu Valentiam urbem magnam & defensoribus plenam, summa potissimùm Ilerdæ ciuium ope, recuperauit. Qua de causa Valentia beneficiorum memor, Ilerdam matrem à mille adolescentum, & totidem puellarum colonia ab eadem accepta; item Ilerda Valentiam filiam in literis solet appellare. Rex Iacobus animi magnitudine & munificentia splendore cunctos sui temporis Principes superauit. Qui cum esset Xatiuæ multis laboribus fractus & armis, febre vexatus Algesiram defertur, in qua rebus humanis renunciatis Christianissimè obiit.

Petro hoc nomine tertio ex Hioulesia, alite: Ar-Rex

Aragonia.

b 3

daura 9.



daura dicta Vngariæ Regis filia vxore secunda, primogenito Aragoniæ & Barcinonæ herede: Iacobo autem filio secundo Insularum Balearum Rege relictis. Huic Petro à patre tradita fuit Constantia Mansfredi vtriusque Siciliae Regis filia, cuius nomine Regnum Siciliae hoc ferè modo obtinuit. Erat Mansfredus Frederici Imperatoris, Siciliae Regis, filius nothus, Princeps Tarentinus: hic Comadini fratris Frederici parui filij legitimi tutelarem curam gerebat, quo (non sine veneni suspitione) mortuo, Mansfredus Regnum occupat. Sed hanc rem Pontifex indignè ferens, Carolum Ludouici Gallorum Regis fratrem ad Regni, suæque causæ defensionem vocat. Qui cum Gallorum & Etruscorum copijs Neapolim versus contendens, cum Mansfredo, qui valido instructus exercitu occurrebat, apud Beneuentum prælium conseruit, in quo (fortuna à Caroli partibus stante) Mansfredus occubuit. Post cuius cædem, Siciliam in Caroli potestatem redactam viri Gallici gubernant, quorum tam ferox erat natura & superbia, tantaque cum summa leuitate & petulantia barbaries, vt Siculi non liberorum hominum, sed mancipiorum instar tractarentur. Verùm Insularum patientiam iniuriarum magnitudine superante, à Siculis in furorem conuersis, primò Panormi, deinde per totam Insulam ad vnum omnes immanissimè, quod & ipsi immanissimè se gesserant, trucidantur. Quam cædem vespertas Sicilianas vocant. Carolus Gallus hac Siculorū defectione audita, Rhegium

gium profectus, contractis ex omni Italiae ora maritima nauibus, Messanam, quæ proxima erat, terra marique obsidere coepit. His territi insulani (quibus mori potius, quam Gallis parere statutum erat, Gallorum enim superba crudelitas ante oculos versabatur) ad Petrum Aragoniæ Regem Legatos mittunt orantes, ne Insulam, quam ad eum ratione vxoris Constantiæ Mansfredi filia vnica pertinere sciebant, calamitoso hoc omnium miseriarum tempore deserat, mortem soceri sui vlciscendi optimam dari opportunitatem, quod rem habiturus sit cum eo, qui idem Regni sui est occupator, & soceri interfector. Horum precibus Rex permotus, sui Regni recuperandi occasionem non omittendam ratus, victorem exercitum, quo in Africam traiecerat, afflictisque magna strage Barbaris, oppidum in littore expugnauerat, Siciliam versus ad Panormi portum traduxit. Cuius tam repentino aduentu territus Carolus, soluta obsidione, ad Regnum Neapolis in Italiam reuertitur. Quo ex Sicilia pulso, Insularis libertatem & immunitatem Rex Petrus reddidit, amplissimis alijs priuilegijs per gratiam concessis. Ex quo tempore Aragoniæ domui Sicilia coniuncta fuit. Carolus ob hæc desperatione adactus, ad Pontificem se confert, ac Petrum ad duellum prouocat.angebatur enim maximè ob filium Carolum Salerni Principem, a Petro captum, quem capitis damnatum, cum multis Gallorum primæ nobilitatis viris, Regina suis precibus à Rege impetratum morte liberauerat.

Aragonia.

b 4

Demum



+ Demum duello non subsecuto, quod Carolus ad certam diei constituti horam non compareret, Petrus in Hispaniam redijt, vbi paulo post à Gallis, Gerundam urbem sine fructu obsidentibus, sagitta percutitur, vnde in Villamfrancam delatus, cum omnium Hispanorum & Siculorum lachrymis obiit. Filios tres reliquit, Alfonsum Aragoniæ Regem, & Barcinonæ Comitem, Iacobum primum Siciliæ, & Federicum etiam post fratris obitum Siciliæ Regem.

+ Alfonsus igitur huius nominis tertius, Aragonum Rex, Rex factus, ad Eduardi Angliæ Regis preces, Carolum 10. / Salerni Principem, quem pater bello captum carcere / huc vsque detenuerat, his ferè conditionibus libera- / uit. Vt Carolus Valesius Aragonia abstineret, Iacobo / fratri Siciliæ confirmationem à summo Pontifice ob- / tineret: quæ si minùs subsequerentur, ipse Carolus post / triennium ad carcerem reuertatur, filios tres & quin- / quaginta nobiliores viros obsides relinquat, donec / aut promissa apud Pontificem impetret, aut si hoc mi- / nùs succedat, ad Alfonsum redeat. Verùm nihil eo- / rum post actum est, refragante Pontifice, & (quod / magis erat) Carolum Siciliæ Regem in Italia procla- / mante. Qua de causa ab utroque & Carolo, & Iacobo / Alfonsi fratre in apertum Martem itum, & hinc inde / pugnatum est. Tandem bellicas has factiones subse- / quuta pax est, cum Iacobus à Magnatibus & Insulanis / Siciliæ Rex crearetur, qui quoduis potiùs durissimæ / seruitutis

seruitutis genus, quam Gallis subesse, exoptabant. Sed ad Alfonsum redeamus, qui Princeps fuit multis vir- tutibus clarissimus, fortitudine cum primis & liberali- tate præstantissimus. Bonos honore & præmijs, im- probos verò continuo odio prolequebatur. Cœlibem vitam duxit, vnde prolis expers Barcinonæ moritur: Aragoniam & Barcinonam Iacobo fratri Siciliæ Regi relinquens: Federico autem fratri minori Sicilia cessit, vt patris testamento cautum erat. Post Alfonsi obi- tum Ampuriarum Comes, ab Aragonibus, Barcino- nensibus, & Valentia Primatibus in Siciliam missus, Iacobum de morte fraterna certiozem facit. Quibus auditis ipse

Iacobus Federico, fratre Siciliæ libero Rege relicto, Rex triremibus CæsarAugustam nauigauit. Hic statim Blā 11. ca, Caroli Neapolitanorum Regis filia, vxore ducta, eiusdem Caroli filios & nobiles, quos pro patris libe- ratione obsides mansisse supra dictum est, libertate donauit. Quorum primogenitus Ludouicus, ad quem Regni Neapolis successio spectabat, mūdo repudiato, S. Francisci Ordinis Religionem ingressus sanctè & piè vixit. Siciliæ quoque Regnum, quod frater obtine- bat, focero se restitutum in gratiam Pontificis promi- sit; verùm Insulanis non consentientibus, Gallosque admittere recusantibus, bellum inferre parat, eaque de causa ingenti instructus classe, in Insulam, ipso Carolo focero comitante, traicit. Sed his Federicus occurrens, valida



valida & ipse classe munitus, prælium committit, vbi acerrimè pugnatum est, donec fratre Iacobo sagitta in pede percusso, ab armis cessaretur. Quo in Hispaniam, Carolo autem Neapolim reuersis, Fredericus inuitis Gallis Siciliam retinuit. In Hispaniam igitur Rex Iacobus cum venisset, Ferdinando Castellæ Regi confederatus, de Mauris Granatensibus magnas victorias obtinuit. Insulam deinde Sardiniam Pisaurorum manibus per Alonsum filium secundo loco natum (Iacobo primogenito suo expeditionem hanc recusante) creptam sibi referuauit. Quem

Rex 12. Alonsum huius nominis quartum (Iacobo fratre maiore, S. Ioannis Hierosolymitani Ordinis Religioni se dicante) Aragoniæ, Cataluniæ, & Valentie, quas suo decreto æternum coniunxerat, Barcinonæ moriēs hæredem reliquit. Hic tam modestum, tamque pium se cunctis præbuit, vt Benignus ab omnibus diceretur. Regi Castellæ contra Mauros auxilia misit. Denique Barcinonæ mortuus, Ilerdæ sepultus est. Post cuius obitum

Rex 13. Petrus filius ex Tiresia Dantensi primogenitus, Aragoniæ Rex proclamatur, hoc nomine quartus. Qui Nouercæ Leonoræ Castellæ Regis filiæ, Ferdinandum filium ad Regni fastigium extollere mirè cupientis, insidias fugiens, in Pyrenæis montibus ad mortem vsque paternam, cautè vixerat. Sed hoc mortuo Regni gubernationem

gubernationem suscepit, ac Ferdinandum fratrem, cum multis nobilibus rebellionis concitatoribus præcipuis, vita priuauit. Iacobum Maioricarum siue Balearium Insularum Regem cognatum suum, quem cum Maurorum Rege conspirasse compererat, nauali classe aggressus deuicit. Petrum Castellæ Regem, qui rupto pacis fœdere, magnis copijs Aragoniæ fines ingressus erat, ingenti equitum peditumque numero obuiam profectus, Regno exegit, atque ipse Castellam ingressus, Infantem Henricum, Petri fratrem, & hoste iuuare non destitit. Post hoc bellum in Sardiniam rebellantem transijt. Genuenses, qui Insulam quasi totam occupauerant, ex ea fugaturus. Cum quibus (postquam Venetis Genuensium inimicissimis confederatus, eorum triremibus classem suam mirum auxisset) in mari confligit, quo prælio Genuensium triremibus viginti tribus captis, & plurimis depressis, victoriam obtinuit non incruentam: duodecim enim è suis triremibus amisit, Pontio fortissimo viro, qui classi præerat, occiso, Sardiniam tamen, fugatis ex ea hostibus, retinuit. In Hispaniam reuersus in Aulae suæ familiari ordine componendo, adeo fuit diligens & penè morosus, vt non immeritò, Ceremoniosum appellarint. Valentia sua insignia concessit. Denique post annos quinquaginta & vnum, quibus Rex fuerat, natus septuaginta duos, Barcinonæ diem clausit extremum. De hoc Rege id memoria non indignum est: quod senio confectus, Leonora vxore sua tertiam Siculorum



Siculorum Regis filia morte sublata (ex qua duos filios susceperat Ioannem Regni hæredem, & Martinum quoque postea Regem, & filiam Leonoram, quæ vxor fuit Ioannis Castellæ Regis & Ferdinandi primi Aragonum per electionem Regis mater) Sibiliam Forcianam, mulierem viduam, pauperrimi hominis filiam, cuius amore captus fuit, vxorem duxerit, quæ ei filiam Isabellam nomine peperit, ita repente vnus amoris imperium cubantem humi mulierculam erexit in solium: & quod solet, insanire fecit eum, quem gemino nomine oportebat esse sapientem & Senem & Regem. Nempe nouo semper exemplo testatum esse debuit illud Poëtæ:

*Non benè conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor.*

Rex
14.

Ioannes itaque Petri Regis filius primogenitus, patri succedens multum se ab eo moribus & natura differre demonstrauit. Quippe qui, vt erat viuacis ingenij, Regnum suum amplificare desiderabat, rebus semper intentus, quæ vtilitatem simul & honestatem spectabant. Pacis amator, nec ad arma facilis, nisi grauiter offensus, musicæ quoque cultor insignis. Primam vxorem duxit Matheam Armeniacensis Comitissæ filiam, cuius vita durante munificus, benignus, suisque nobilibus & populis admodum charus fuit. Verum vt secundam habuit Ducis Ebaris filiam Violantam ingenio

ingenio peruerso & moribus mutatis, cunctorum ferè nobilium & populi mentes à se auertit: hi enim militarem disciplinam penitus flacceffere, militumque animos longa & continua pace, armorumque in Mauros conuertendorum intermissione dissuetos & molles reddi conquerebantur. Quo rebellionis initio animaduerso, Regina, consentiente Rege, Armeniacensem Comitem, multosque Galliarum Magnates, cum armatorum numero non exiguo, in Hispaniam euocauit. Sed hos aduentantes & Garundam ciuitatem iam transgressos Martinus Ioannis Regis frater cum Aragonum, Cathalaunorum, & Valentinorum Equitibus, multis eorum occisis, Hispania expulit; quibus in Galliam reuersis pax subsequitur, populusque à Rege in gratiam recipitur. Huius Regis tempore Iudæi in Hispania magnam calamitatem perpeffi fuere: Barcinonenses enim, Aragoines, Valentini, & Balearum Insularum habitatores aduersus hos insurgentes terribilem cædem ediderunt, vniuersos ad internecionem delere statuentes, nisi Rex maturè occurrens, seditionis authores præcipuos capite punisset, aliosque, qui tantum culpæ non habebant, bonorum parte mulctasset. Ad Baleares quoque Insulas cum Regina nauigauit, ex quibus, graui primùm poena Iudæorum occisoribus imposita, in Tarraconensem Prouinciam remeans, apud Ampurias expositus, Castillonem se recepit. Vbi cum suis in montes & saltus venatum profectus, lupum insequens, repente mortuus è mula, qua



qua uehebatur decidit. Qua ratione frater eius

Rex 15. Martinus (qui de Regis erga se voluntate dubitans in Siciliam se receperat, quasi Insulam seditionibus concitatam pacaturus, reuera autem fratris metu, in eaque haftenus manserat) Aragoniae Rex est. Praefuerat Insulae filij sui Martini nomine, qui Blancam Federici Siciliae Regis filiam Regni haeredem uxorem haebat, eamque sapientissime rexerat, donec Legatos de Regis Ioannis fratris sine prole mortui fato accepisset: cuius exequijs in Insula celebratis, multis Siculorum comitatus Equitibus Auinionem primo summum Pontificem Benedictum salutaturus, tum Cesaraugustam peruenit, ibique Rex proclamatus cum magna ciuium laetitia coronatur. Postquam coronationem anno ferè nono uxor Maria praestantissima foemina fatis concessit, quam vnicus filius Martinus Siciliae Rex subactis Sardis, qui patri rebelauerant, in Ciuitate Calari prolis experts mox subsequitur. Horum morte Rex grauiter afflictus, liberorum habendorum cupidus, Margaritam Pratarum Comitis filiam uxorem duxit: uerum menses ferè decem tantum superstes prope Barcinonam in Monasterio Rex ab humanis discessit, prid. Cal. Iunias anno millesimo, quadringentesimo decimo: ultimus Comitum Barcinonensium Aragoniae Rex, qui per sexcentos ferè annos Aragoniam successiue obtinuerant. Quorum industria, partim etiam haeredi-

haereditario iure Aragoniae, & Barcinonae Comitatus, Sicilia, Insulae Baleares, Corsica, & Sardinia adiuncta fuere. Obijt Martinus nulla de se relicta prole, quapropter moriens Regnum suum Magnatum & populi iudicio reliquit, ut propinquiorem, cuique iustius id debebatur, ac meliorem, cui tutius Regnum committi posset, eligerent. Caterum super hoc uariae dissensiones inter Aragones, Valentinis, & Cathalaunos tot competitorum causa oriuntur, qui partim ipsi uenerant, partim procuratores miserant. Erant enim numero multi: Federicus nempè Comes Lunae, Ludouicus Rex Neapolis & Andegauensium Dux, Mathaeus Comes Foxanus, Alfonso Gandiae Dux, item & Iacobus Pratensis, quorum alij hunc, alij alium Regem exoptabant. Verum Regni Primates, & Magistratus, ut malis, quae ex hac voluntatum, & uotorum diuinitate exoriri possent, occurrerent; Populi que in partes diuisi accensos furores compescerent, nouem uiris, Aragonibus tribus, Valentinis tribus, & totidem Cathalaunis uirtute & fide probatissimis rem commiserunt. Qui simul Caspam Aragoniae oppidum se contulerunt, ubi complures dies commorati, seruato competitorum iure & praetensionibus

Ferdinandum Ioannis Castellae Regis ex Leo. Rex, Catholicum
nora Martini praedicti ultimi Aragoniae Regis (o-16.)
rore filium, Principem sui saeculi gloriosissimum,
Aragonia. c 2 omnium-



omniumque virtutum vnicum exemplum, cæteris omnibus prætulerunt. Hac igitur pro Ferdinando lata sententia, Oratores ad eum mittuntur. Erat tum in Bætica, Mauris Granatensibus acre bellum inferens, quos Antiquana, alijsque oppidis expugnatis horrendis cladibus affecerat. Legatione itaque exposita, Legatisque honorificè habitis, cum vxore & liberis, magno Castellæ nobilium comitatu Cæsaraugustam venit, & ibidem cum maximo Equitum, & Populorum conuentu, & gaudio Aragoniæ Rex, Comesque Barcinonæ coronatus fuit, tertio Nonas Septembris, anni millesimi, quadringentesimi decimi. Post coronationem, noui sui Principatus statum componere, cunctaque summa Iustitia & æquitate administrare sollicitè cœpit. Iacobum Virgelli Comitem, qui nouem virorum sententiæ refragari velle videbatur, Xatiuæ in carcerem detrussit. Sigismundum Christianissimum Cæsarem Nisæ conuenire desiderabat, verum in itinere morbo correptus ad Imperatorem properare vetatur. Quare Cæsar ad eum Ruffionem aduenit, quo cum ipse lecto detentus de diuturno schismate ex Ecclesia tollendo, & vniuersæ Christianitati pace & tranquillitate, tanto pere à cunctis eo tempore exoptata restituenda egit. Tandem Cæsare in Germaniam reuerso, Ferdinandus Barcinonam infirmus venit: vnde in Aragoniam profectus in Equalato oppido morbo decessit: à coronatione anno quarto & mense nono. Aragoniam

cæte-

cæterosque status sanctissimè gubernauit, sicut & antea Castellam, pro Ioanne Nepote Henrici fratris filio, fidelissimè administrauerat: Cuius cum Regnum inuadere potuisset (vt quem Magnates ad coronam non obscurè vocabant) fraternæ beneuolentiæ memor, nulla dominandi cupiditate victus, id integrum & illæsum nepoti seruauit, & tradidit. Hunc enim humeris suis impositum Regni Proceribus, quem Regem habituri essent Toleti deliberantibus, ostendens: Rex, inquit, vester hic est Ioannes, fratris mei filius, nobis omnibus legitimè colendus. Ego autem tantisper eius nomine Castellæ gubernandæ curam suscipiam, donec adoleuerit. Vox sanè diuina & ferè supra hominum mores. Quapropter à suis non solum subditis, verum & totius Hispaniæ populis mirum in modum cultus est. Filium suum

Alfonsum ex Leonora Castellana genitum natu Rex maiorem Aragoniæ, vtriusque Siciliae, & Comitatus 17. Barcinonensis reliquit hæredem: item Ioannem Nauarræ Regem, Blanchæ Nauarræ Reginæ vxoris suæ causa, qui & postea Alfonso fratre sine legitima prole demortuo, Aragonibus & Siculis imperauit. Fuit hic Alfonso ob raras omnis generis virtutes, quæ in eo lucebant, non paruum paternæ gloriæ, incliteque felicitatis incrementum. Cuius res magnificè gestas, omni que immortalitate dignas, Hispani Scriptores consultò transiliunt, quasi stylum fassi

Aragonia.

c 3

tantis



tantis facinoribus imparem. Laurentius tamen Val-
lensis, & Bartholomæus Faccius viri sui sæculi præstā-
tissimi, doctissimi que huius Alfonsi heroica facta soli-
ta sua facundia & elegantia scripta reliquerunt. In
quibus illud vnum, quod rarissimè contingit, multi
nostræ ætatis viri admirantur. Quod tantus in ista Re-
gnorum mole, etiam annis ingrauescentibus, iam
quingagenarius, Latinas literas inde à primis rudi-
mentis addiscere non dubitauit, nullo neque rubore,
neque tædio victus. In quibus Laurentio Valla præ-
dicto, & Antonio Panormitano vsus Præceptoribus,
breui tempore perfectus euasit. Quarum vt suauissi-
mos fructus gustare cœpit, tantopere ijs oblectatus
est, vt pulcherrimam librorum immenso pretio vndi-
que conquisitorum bibliothecam compararit. Poetas
& Oratores, vt verus Mæccenas, iuuit & coluit maximè:
ita vt huius Regis auspicijs Latinæ litteræ, quæ ferè ad
interitum deuenerant, pristini honoris æstimationi
restitutæ, in magna veneratione iterum haberentur.
Qui quanta claruerit eloquentia, scripta eius, & ora-
tiones fati declarant. Has ego breuitatis causa huic
loco non inferendas iudico: qui tamen eas legere de-
siderat; Marinæum Siculum consulat de rebus Hispa-
niæ libro nono, vbi inueniet, sermonem inter alia,
consolatorium ad Gabrielem Surrentinum; item ser-
monem ad Ferdinandum filium aduersum Florenti-
nos proficiscentem: denique responsum ad Legatum
Dominicum Firmanum Cardinalem ad eum pro Ita-
liæ

liæ pace concilianda missum: postremo orationem ✱
ad Cardinales, & Principes Italiæ, de expeditione con-
tra Turcas suscipienda. Qua quidem ex oratione hæc,
pauca verba veluti ex horto flosculum lego: Istò, in-
quit, in bello si vicerimus, Orbis Terrarum præmium
erit, si victi fuerimus, Cœlum. Magnifica verba, cuius-
modi ferè in nostro ore iam frigent, quasi modo Chri-
stianorum animorum in læua parte nil saliat. Porro
Alfonsus noster potentissimus multorum Regnorum
moderator fuit, & vnà sapientissimus. Quapropter
cum in Sardinia contra Genuenses bellum gereret, à
Ioanna Neapolis Regina in Italiam vocatus, & in fi-
lium ab eadem adoptatus, Ludouicum Andegauen-
tem deuicit, ac Reginam in vrbe Neapolitana à Lu-
douico obsessam periculo liberauit. Verum huic
postea inuitus factus, ne Regno iniuste, quod iuste
possidebat, priuaretur, Reginam vrbe Neapoli fugauit
ex Africa rediens, asperissimumque bellum cum Ludo-
uico Andegauensi (qui & ipse postremo in filium à
Regina, non sine leuitatis nota, adoptatus fuerat) sua
victoria & gloria gessit. Itaque bello superior factus,
Regno Neapolitano filium Ferdinandum nothum,
inuieti animi Principem, cum Calabria Ducis titulo
præfecit. Vnde in Africam rursus trajiciens, Regem
Barbarum bello victum tributarium sibi reddidit, ac
Barbarorum spolijs onustus, in Hispaniam cum vi-
ctore exercitu reuersus, Principibus Christianis contra
Turcas auxilia misit. Inde Neapolim denuò contra
Aragonia. c 4 Rena-



Renatum Gallum profectus, Urbem obsedit, eamque ingenti percitus dolore, quod fratrem Petrum in eadem obsidione bombardæ ictu occisum amisisset, magna militum vi oppugnatam cepit: sed captæ non diu superfuit, morbo enim correptus in castro, quod Nouum vocant, Ferdinando filio notho Calabriæ Duce, Neapolitano, Rege relicto obiit. Princeps sanè Christianus fuit, pari pietate ac fortitudine. Huic frater

Rex 18. Ioannes in Aragoniam, Siciliam, ceterosque Principatus ex patris Ferdinandi testamento successit, sic enim cautum erat, Alfonso, nulla relicta legitima prole, moriente. Natus fuit Ioannes Methymnæ, quæ Campus dicitur, atque ibidem cum fratribus minoribus, Henrico, Sanctio, & Petro educatus, ac literis institutus. Annos natus viginti Blancam Nauarræ Reginam, vt dictum est, Caroli Regis filiam hæredem uxorem duxit, ex qua filium genuit Carolum, & filias duas Blancam & Leonoram. Hic Carolus grandior factus, Nauarram post mortem matris, quasi maternam hæreditatem patri eripere studuit, atque adeo rem armis tentauit. Verùm à patre victus & captus, libertati restitutus, secundò & tertio bellum redintegrat, quod & quartò fecisset, ipse licet paternam clementiam egregiè expertus, prauorum hominum & adulatorum consilio persuasus, ni morte præreptus immatura fuisset, patri pacem relinquens. Barcinonæ enim

enim in febrim ex nimio præteritorum dolore incidens obiit, non sine maximo Hispanorum & Siculorum dolore, quibus ob virtutes morumque integritatem charus erat. Vno malo tantum eger, dominandi & regnandi cupidine, quæ in ipso sceleratorum hominum pessimis consilijs, & hortatu augebatur, & in tam impiam regnandi spem accendebatur, vt patrem filius Regno expellere conaretur. Bellum hoc, quod cum patre Carolus gessit, breuiter & eleganter describit Marinus Siculus libro 13. de rebus Hispaniæ. Sed ad Ioannem redeo. Hic publicis negotijs fatigatus, venationibus honestisque spectaculis animum reficiebat, certaminibus Equitum paribus hastis inter se currentium, virorum item & mulierum choreis delectabatur. Bellicæ virtutis studiosissimus, post pugnam milites, quos fortes & strenuos cognouerat, amplissimis verbis collaudatos, equestris ordinis titulis & dignitate ornabat. Natura clementissimus fuit, qua multos in prælio victos ac de vita desperantes seruauit incolumes. Avaritiæ & cupiditatis nullum vnquam indicium dedit, imò si liberalitatem eius spectes, inter munificentissimos Principes iure numeratur. Inuictum semper aduersus hostes animum & intrepidum in omnibus periculis exhibuit: cuiusque argumentum in primis dedit, eum ad expeditionem Neapolitanam cum fratre Alfonso profectus est, in qua fortissimi Ducis strenuique militis mira de se præbuit exempla. Denique, quod maximum est, Christianæ



34 **THEATRVM REGIVM.**
 stianæ Religionis assertor, cultusque diuini studio-
 sus semper audijt, ac Christiani nominis propagator
 & defensor indefessus. Senio confectus in febrim in-
 cidit, ex qua cum iam se moriturum agnouisset, nihil
 eorum facere viuens omisit, quæ Christiano homini
 mortuo iter coeleste parant. Cum iam mors instaret,
 caelum defixis oculis intuens, ait: O Conditor mun-
 di DEVS omnipotens, & hominum pietissime
 Redemptor, parce mihi indignissimo seruo tuo, mi-
 serere mei clementissime IESV, & a peccatis meis
 auerte faciem tuam. Quibus dictis voce deficiente
 expirauit, Barcinonæ 14. Cal. Feb. anni millesimi,
 quadringentesimi, septuagesimi noni, ætatis octuage-
 simo quarto. Vltimus fuit Regum, qui Aragoniam
 solam obtinuerunt, nam filius eius Ferdinandus, ex
 Ioanna vxore secunda Federici Admirantij Castellæ
 filia procreatus, autum Aragoniæ Regnum Castellæ
 coniunctum posteris transmisit. Magnus magni patris
 filius, de cuius rebus præclarissime gestis, omni que
 gloria plenis, superius breuiter diximus. Aragonia
 post Ferdinandi mortem ad Carolum Austrum,
 inuictissimum Romanorum Cæsarem, eiusdem per
 Ioannam filiam nepotem deuoluta, ad Christianissi-
 mum Philippum II. deuenit, qui eam Philipo III. &
 deinde IV. præclarissimo Regi filio suo reliquit, quam
 hodie cum omnium populorum Aragonensium miro in-
 cum amore felicissime regit, & regere quam diutissime
 permittat is, qui solus Omnipotens & misericors dicitur.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM,
 quæ hoc libro continentur.

A.
Alfonfus Aragonia Neapolim. *ibid.* Creat filium No-
 Rex. 8. Fit Castellæ thum Neapolis Regem. *ibid.*
 Rex. *ibid.* Neapoli moritur. *ibid.*
 Alfonfus 2. Aragonia Aragonia Hispania pars. 1. Eius
 Rex. 14. Ciuitates cõdit *ibid.* Ha- situs. *ibid.* Vnde dicta. *ib.* Quibus
 bet cum Castellæ Rege bellum. *ibid.* paruit 2. à Mauris occupatur. *ib.*
 Alfonfus 3. Aragonia Rex 20. Aragones committunt tres ad
 Salerni Principem liberat car- Regem eligendum. 27
 cere. *ibid.* Princeps liberalis. 21 Aragonia Reges Nauarram ob-
 Amat bonos *ib.* Moritur coelebs. *ib.* tinent. 3
 Alfonfus 4. Aragonia Rex. 22. Asnar Christianus strenuus. 3.
 Benignus dictus. *ibid.* Barcinone Trajcit Aragonium fluum. *ib.*
 moritur. *ibid.* Comes Aragonia dictus. *ibid.*
 Alfonfus 5. Aragonia Rex. 29 B.
 Eius laus. *ibid.* Senex discit lite- Barbarorum Reges tres in præ-
 ras. 30. Vritur præclaris magi- lio occisi. 12
 stris. *ib.* Instruit bibliothecam. *ib.* Barcinonensis Comitatus descri-
 Literarum Mæcenas. *ibid.* Eius ptio. 11.
 ad diuersos orationes. *ibid.* C.
 Adoptatur à Regina Neapolis. 13. Carolus Magnus in Hispania. 11
 liberat Reginam obsidione. *ibid.* Infert bellum Mauris. *ibid.* Ob-
 Deuincit Ludouicum Andega- tinet victoriam. *ib.* Dat præmia
 uensem. *ibid.* Fugat Reginam nouem viris. *ibid.* Vocat nouem
 Neapoli. *ib.* Creat filium notum viros Principes. *ibid.* Eius man-
 Calabria Ducem. *ib.* Reuertitur datum ad filium Ludouicū. *ibid.*
 in Africam. *ibid.* Reddit Regem Carolus Gallus vocatur à Pon-
 barbarum tributarium. *ibid.* tifice in Italiam. 10 Pugnât cum
 Redit in Hispaniam. *ibid.* Ten- Manfredo. *ibid.* Obsidet Messa-
 dit Neapolim. *ibid.* Gerit bellum nam. *ibid.* Fugit ex Sicilia. *ibid.*
 cum Renato Gallo. 32. Obsidet Offert duellū Petro. *ibid.* Carolus
 Neapolim. *ibid.* Amittit fratrem Salerni Princeps bello capitur. *ib.*
 in obsidione. *ibid.* Eius ira ob Capitis damnatur. *ibid.* Regina
 precibus



INDEX

precibus liberatur. *ibid.* Comites
 Barcinonae obtinuerunt Aragoniam
 per 600. annos. 29
 Catalauni committunt tres, qui
 Regem Aragoniae eligant. 27
 Carolus Aragoniae Regis filius
 patri rebellis. 32 A patre capi-
 tur. *ibid.* Insurgit patri secundo
 & tertio. *ibid.* Sequitur malorum
 consilium. *ibid.* Moritur iuuenis. 34

D.

Dissensiones in Aragonia de Re-
 ge eligendo. 27

E

Ennecus a Navarrensis Dux
 eligitur. 3 Primus Aragoniae &
 Navarra Rex unctus. *ibid.* Ari-
 sta dictus. 4 Vitur vexillis cum
 cruce candida. *ibid.*

F

Federicus Siciliae rex. 22 Pugnatur
 cum fratre. *ib.* Habet victoriam. *ib.*

+ Ferdinandus Castellae Regis fi-
 lius eligitur Rex Aragoniae. 27
 In Betica intelligit se electum.
 28 Caesar-Augusta coronatur. *ib.*
 Ordinatur statum Aragoniae. *ibid.*
 Mittit Urgelli Comitem in carce-
 re. *ibi.* Properat ad Caesarem. *ibid.*
 Morbo corripitur in itinere. *ibid.*
 Cum Caesare colloquitur. *ibid.* In-
 firmus Barcinonem venit. *ibid.*
 Moritur in Aragonia. *ibid.* Eius
 laus & pietas. *ibid.*
 Ferdinandus Alfonsi Aragoniae fi-

lius Nothus Dux Calabriae praesi-
 citur Regno Neapolitano. 31
 Fortunius Garfias Aragoniae
 Comes uxorem ducit. 3
 Fortunius Lysanus adducit tre-
 centos Vascones. 8 A Rege Maza
 vocatur. *ibid.*

G

Galindus succedit patri. 3 Dat fi-
 liam Fortunio Garfiae. *ibid.*
 Gallorum in Sicilia crudelitas.
 18 Eorum caedes. *ibid.*
 Garcias Ximenius Hispaniarum
 Dux. 2 Mauros inuadat. *ibid.* Re-
 cuperat partem Navarrae. *ibid.*
 Garfias Ennecus succedit Xime-
 nio. 3 Recuperauit Pompeiopolin. *ib.*
 Garfias Sanctius succedit patri. 4
 Dicitur tremulus. *ib.* Hostes supe-
 rat fortitudine & prudentia. *ib.*
 Garfias Ennecus Rex Aragoniae. 4
 Occisus in praelio cum uxore. *ib.*

I

Iacobus Aragoniae Rex. 15 Car-
 cere tenetur a quodam Simone.
ibid. Suis restituitur. *ibid.* Romam
 proficiscitur. *ibid.* Turri includi-
 tur. Liberatur. Rex proclamatur.
ibid. Dicitur felix memoriae. *ibi.*
 Quare diuinitus datus. *ibi.* Tra-
 jicit in Insulas Baleares. *ibi.* Vin-
 cit Mauros. *ib.* Aggreditur Alme-
 riam. 17 Compellit hostes ad collo-
 quium. *ibi.* Magnificum eius res-
 posum. *ib.* Recuperauit Valentiam. *ib.*
 Iacobus

RERVM MEMORABILIVM.

Iacobus Rex Balearum Insula-
 rum. 18
 Iacobus Siciliae Rex. fit Rex Ara-
 goniae. 21
 Liberat Caroli Regis filios
 carcere. *ibid.*
 Cum fratre bellum gerit. *ib.*
 Sagitta in pede percutitur. 22
 In Hispaniam reuertitur. *ib.*
 Mauris bellum infert. *ibid.*

Ianfredus quis. 12
 Eius filius in Flandria edu-
 catur. *ibid.*
 Ducit Comitum Flandriae fi-
 liam. *ibid.*
 Ohtinet Barcinonam. *ibid.*

Ioannes Aragoniae Rex. 24
 Moribus dissimilis patri. *ib.*
 Princeps munificus. *ibid.*
 Amator pacis. *ibid.*
 Ducit secundam uxorem. *ib.*
 Moribus mutatus. 25
 Offendit nobilitatem. *ibid.*
 Vocat Gallos in Hispaniam. *ib.*
 Subditum reconciliatur. *ibid.*
 Punit authores seditionis. *ib.*
 Traijcit ad Baleares Insu-
 las. *ibid.*
 In Hispaniam reuertitur. *ib.*
 E mula cadit mortuus. *ibid.*

Ioanna Neapolis Regina adop-
 tat Alfonsum. 31
 Notatur leuitate. *ibid.*
 Adoptat Ludouicum Ande-
 Aragonia.

gauensem. *ibid.*
 Fugatur Neapoli. *ibid.*
 Ioannes 2. Aragoniae Rex. 32
 Ducit uxorem Navarrae Re-
 ginam. *ibid.*
 Habet filium rebellem. *ibid.*
 Capit filium. *ibid.*
 Laudat milites post pugnam. 33
 Princeps clemens. *ibid.*
 Munificus et bello inuictus. *ib.*
 Senex incidit in morbum. 24
 Moribundi oratio. *ibid.*
 Vltimus Regum, qui Arago-
 niam solam obtinuerunt. *ibid.*
 Iudaei in Hispania ingentem pa-
 tiuntur calamitatem. 25

L.

Ludouicus Rex Galliae vnus ex
 nouem viris. 12
 Ludouicus Neapolis Regis filius
 intrat ordinem S. Francisci. 21
 Pie viuit. *ibid.*

M.

Manfredus quis. 18
 Occupat Siciliam. *ibid.*
 Pugnatur cum Carolo. *ibid.*
 In praelio occumbit. *ibid.*

Martinus Aragoniae Rex. 26
 Celebrat fratris exequias. *ib.*
 Tendit Auinionem ad Ponti-
 ficem. *ibid.*
 Caesar-Augusta coronatur. *ib.*
 Ducit secundam uxorem. *ib.*
 Vltimus Comitum Barcinonae
 d Ara-



INDEX

Aragonia Rex. *ibid.* amittit coronam Aragonie. 10
 Martinus Sicilia Rex subiugat Petrus 2. Aragonie Rex. 14
 Sardos. 26 Vincit Mauros. *ibid.*
 Mauri inuadunt Aragoniam & Romam proficiscitur. *ibid.*
 Nauarram. 3 Obinet à Pontifice priuilegium. *ibid.*
 N. In pugna occiditur. *ibid.*
 Napifer Moncata quis. 11 Petrus 3. Aragonie Rex. 18
 Succedit Otogero Golante. *ibid.* Obinet Siciliam per uxorem. *ibid.*
 Deserit obsidionem Ampuriarum. *ibid.* Vocatur à Siculis. *ibid.*
 Recipit se in montes. *ibid.* Traicit in Siciliam. *ibid.*
 Coniungit se Carolo Magno. *ibid.* Reddit Siculis libertatem. *ibid.*
 Interest memorando pralio. Sagitta percussus interiit. *ibid.*
 12 Petrus 4. Aragonie Rex. 22
 Nauarra interregnum. 4 Ex montibus reuertitur. *ibid.*
 O. Occidit fratrem Ferdinandum. 23
 Otogerius Golantes quis. 11 Infert bellum Regi Maioricarum. *ibid.*
 Infert Mauris bellum. *ibid.* Habet bellum cum Rege Castelle. *ibid.*
 Eius mors. *ibid.* Occurrit cum copijs. *ibid.*
 P. Intrat Castellam. *ibid.*
 Petrus Rex Aragonie. 7 Transit in Sardiniam. *ibid.*
 Pugnat cum Rege Almosabeno. 8 Pugnat cum Genuensibus. *ibid.*
 Vincit Almosabenum. *ibid.* Ceremoniosus dictus. *ibid.*
 Expugnat Oscam. *ibid.* Ducit uxorem pauperulam. 24
 Vindicat mortem patris. *ibid.* Moritur Regni anno 51. *ibid.*
 Inuenit quatuor Principum maiorum capita. *ibid.* Pontifex refragatur pactis Regum. 18
 Obinet à Pontifice ius patronatus. *ibid.* Creat Carolum Sicilia Regem.
 Moritur sine liberis. *ibid.*
 Petrus Alteres ob superbiam

RERVM MEMORABILIVM.

gem. *ibid.* Monasterium ingreditur, in quo moritur. *ibid.*
 Pontifex vocat Carolum Gal- Raymondus Berengarius nonus
 lum contra Mansfredum. 18 Barcinonensis Comes. 11
 R. Tendit in Germaniam. 13
 Ramirus Sanctij Maioris filius Audit confessionem Imperatricis. *ibid.*
 Aragonie Rex. 6 Offert duellum accusatoribus. *ibid.*
 Defendit Nauarram. *ibid.* Superat accusatores. *ibid.*
 Princeps bonus. *ibid.* Liberat Imperatricem. *ibid.*
 Habet bellum cum fratribus. Raymondus Berengarius decimus Comes Barcinonensis fit
ibid. Aragonie Princeps per uxorem. 13
 In bello occiditur. *ibid.* Eius successores Aragonie Reges. *ibid.*
 Ramirus Regis Aragonie filius Princeps excellentissimus. *ibid.*
 Monachus in Gallia. 9 Eius de Mauris victoria. *ibid.*
 Rex eligitur. *ibid.* Edificat trecentas Ecclesias. *ibid.*
 Monasterium egreditur. *ibid.* Vlciscitur fratris necem. *ibid.*
 Ducit uxorem. *ibid.* S.
 Filium procreat. *ibid.* Sanctius Garfias fugat Mauros
 Monasterium ingreditur. *ibid.* tota ferè Nauarra. 3
 Reuertitur ex Monasterio in Occiditur in pralio. *ibid.*
 regnum. *ibid.* Sanctius Auarca succedit patri. 4
 Procreat filiam. *ibid.* Casus ex utero matris. *ibid.*
 Dat nuptum Barcinonensi Vir strenuus. *ibid.*
 Comiti. *ibid.* Sanctius Maior succedit patri.
 Gerit S. Benedicti habitum sub vestibus. 10
 A suis despicitur. *ibid.* Hispanie Imperator. *ibid.*
 Mittit ad Abbatem petiitum Diuisit filijs regna. *ibid.*
 consilium. *ibid.* Sanctius Sanctij Maioris filius
 Intelligit consilium. *ibid.* d 2 occi-
 Fingit se facere campanam. *ibid.*
 Ingulat Principes. *ibid.*
 Filijs ostendit occisos patres. *ibid.*



INDEX RERVM MEMORABILIVM.

occisus.	6	Gallis parere.	19
Sanctius fit Aragonia Rex.	7	Mittunt Legatos ad Petrum.	
Infert Mauris bella.	ib.	ibid.	
Habet victoriam.	ib.	Sigismundus Caesar venit ad	
Condit vrbes.	ib.	Ferdinandum in Hispaniam.	
Obtinet Nauarram.	ib.	28	
Vincit Cidar.	ib.	V.	
Obsidet Oſcam.	ib.	Valentia vocat Ilerdam ciuita-	
In obsidione occiditur.	ib.	tem matrem.	16
Mandat ſuis manere in obſi-	ib.	Valentini committunt tres ad	
dione.	ib.	Regem eligendum Aragonie.	
Sicilia cedit Gallis.	18	27	
Coniungitur Aragonie. ibid.		Varij competitores de Regno	
Siciliani occidunt Gallos.	18	Aragonie.	27
Mori potius ſtatuunt quam		Vespera Siciliane quenam.	18

Finis Indicis.

THEATRVM
REGIVM

SIVE


REGVM NAVARRÆ,
BREVIS SERIES

ET

COMPENDIOSA NARRATIO.

VARIAS ILLIVS REGNI HISTORIAS COMPLECTENS.

EODEM AVCTORE.



BRUXELLÆ,
Apud Ioannem Meerbecium. M. DC. XXVIII.

Permissu Regio.



ILLVSTRISSIMO
NOBILISSIMOQVE VIRO
AC DOMINO
D. CLAVDIO DONGNYES
COMITI DE COVPIGNY,

PHILIPPI IV. HISPANIARVM REGIS
IN BELGIO FINANCIARVM
PRIMO ET SVMMO PRÆFECTO,

EIDEMQVE A CONSILIIIS STATVS;

I. B. LAMBERTINVS
PATRONO SVO SVMME COLENDO.

NVLLA voluptas humana, Ill.^{mc} Do-
mine, videtur ad diuinam accede-
re propius, quam quæ ex honori-
bus percipitur (vt dicit Xenophon) nec
vllus honor diuino vicinior, quam qui
nullis annorum curriculis terminatur,
cùm enim humana omnia ætas deterat &
consumat; aliquid statui necesse, quod
sit ære perennius. Quæ inter potius nihil
est, quam quod scriptorum monumentis
æuiternitati consecratur, quod vetusta-
Navarra. Az tern



EPISTOLA

tem inuidiosam non metuat, imo maiori fit in pretio, quando illud sacrauit Libitina. Quis ergo miretur magna magnis viris inscribi, cum magna magnos deceat? Id olim maximos Monarchas gratum habuisse de Cæsare Augusto tradit Vegetius. Sed mirum fortè videbitur, quod Tibi natione minimè Nauarræo Nauarram hanc ego nuncupem: non desunt rationes, quæ me eò impulerunt. Cum enim ex nobilissima Artesiæ familia originem habeas, cuius olim Principes seu Comites iure tutorio regnum hoc administrarunt, cur non postliminè eiusdem Nauarræ Regum series Tibi præ cæteris debeatur? Accedit & alia quædam ratio necessitudinis, cuius notitiam vt ego pro ea, ac decet modestia mea, suppressam maximè velim, notissima tamen morum comitas, quæ omnium sibi animos reddit obnoxios, eam in lucem pertrahet etiam inuitam. His, inquam, rationibus impulsus sum, vt hanc meam qualemqualem lucubratiunculam Tibi ante alios irem consecratum. Cuius ego benignissimum animum

DEDICATORIA.

mum (licet in me satis hæctenus propentum expertus sum) hic parare studeo: quod si fuero consecutus, non erit, quod aliud opellæ meæ pretium requiram; tum enim existimabo tantum ad antiqua beneficia cumulum accessisse, ad quem vel recipiendum impari id vnum mihi licebit rependere, quod nemini non est concessum, vt nempe apud DEVM Opt. Max. id contendam, vt communi & nostro bono Nobilitatem tuam diu sospitem faciat superesse.

Nauarra.

A 3

CATA.



NAVARRÆ REGVM
Catalogus.

1. Garfias Sanctij Maioris filius.
2. Sanctius.
3. Ramirus.
4. Garfias secundus.
5. Sanctius secundus.
6. Sanctius tertius.
7. Theobaldus.
8. Theobaldus secundus.
9. Henricus.
10. Philippus Pulcher, Galliaë Rex.
11. Ludouicus Vtinus, Galliaë Rex.
12. Philippus.
13. Carolus.
14. Carolus secundus.
15. Ioannes.
16. Gastonus.
17. Franciscus Phæbus.
18. Ioannes Albretius.
19. Ferdinandus Aragoniaë Rex.
20. Carolus Austrius Imperator.
21. Philippus Austrius.
22. Philippus Austrius.
23. Philippus Austrius, qui hodie feliciter regnat.

THEA



THEATRUM
I
THEATRI
REGI
NAVARRA.



N communi illa calamitate, quã Hispania pertulit post vltimum Regis Roderici tam funestũ Christianis prælium, quo omnis Hispaniẽ gloria & splendor concidit, Nauarram quoque ex parte fuisse constat. Nauarra Regio est Hispaniã, Castellã & Aragoniã contigua, quarum hac à Meridie, illa ab Occidente cingitur. Hanc Oceanus attingit propè Fontem rabidum, quam partem Cãtabriã olim sumebant: versus Orientem Gallos & Vascones respicit. Regnũ paruum est, sed à fertilitate mirè laudatur; opulentissimum quoque, licet penè totum montuosum, & in Pyrenãis rupibus situm, partẽ quoque Galliã nobis Cisalpinẽ cõplectitur. Huius metropolis est Põpelona, siue Pompeiopolis vrbs, vt cætera omittam, conditore suo nobilissima, vt quæ à Cn. Põpeio Magno extructa sit. Nauarra, sicut & cætera Hispania, antiquis Regibus paruit, inde Romanis, postea Gothis, cuius demum pars, quẽ plana est, à Mauris,

Nauarra.

A

cum



), cum Aragonia & Castella occupatur, quibus tandem
) per Garfiam Ximanium, qui se in montana receperat,
) eiusque successores, magna Barbarorum clade & cede,
) eripitur. Tum Ducibus cum Aragonia, vt in preceden-
) ti descriptione dictum est, subfuit, vsque ad Ennicum
) Aristam quem primum Regem vinctum & corona-
) tum volunt, cuius posteros simul cum Aragonia Re-
) ges agnouit, ad vsque tempus, quo Sanctius Maior
) Nauarræ, Aragoniæ, & primus Castellæ Rex, Hispani-
) que Imperator filijs suis Imperium diuideret, Castella
) cum Legione Ferdinando, Ramiro Aragonia, Sanctio
) Vasconia, & Garfiæ Nauarra relictis: à quo Garfia Na-
) uarræ Regum catalogum, vt qui primus in ea sola so-
) lus regnauit, inchoandum iudicauimus:

Rex
1. Garfias igitur patris sui Sanctij Maioris testamento
Nauarræ Rex factus, anno à CHRISTI natali mille-
simo, decimo octauo, siue, vt alij, trigesimo quinto, in
ea regnare cepit. Verum inexhausta dominandi cu-
piditas & inextincta habendi sitis rupta pace fra-
tres ad arma compulit. Primi dissidij & bellorum
causa ciuitas quædam erat, vulgò Calagorra dicta,
quam quisque fratrum suo subesse dominio ex te-
stamento patris assererat. Res tandem duello, vt
sanguini parceretur, committitur, Regibus hinc inde
pugilem nominantibus; verum pugnæ exitus Ferdi-
nando Castellæ Regi urbem litigiosam dedit. Qui-
bus Garfias non contentus, fratri Ferdinando (à
quo

quo captus, eo ferè modo, quo ipse Ferdinandum
ad se infirmum venientem vinculis detinere decreue-
rat, sed postea dimissus fuerat) bellum infert, in
Castellam armata manu irrumpens. Sed huic Ferdi-
nandus obuiam & ipse cum exercitu profectus est,
armis vtrimque concurritur, quo conflictu, omni-
bus suis vel fugatis, vel caesis, Garfias occubuit, filium
relinquens

Sanctium Nauarræ heredem. Huic Sanctio frater Rex
eius Raymundus, homo peruersus & sceleratus, sedi-
tionibus primum plurimis concitatis, nouis rebus
studens regnum auferre mirè cupiebat: vnde loca ali-
qua, que ad fratrem Regem spectabant, fortissima oc-
cupans, ea præsijs suis firmabat. Cuius tanti mali
exordio Sanctius mature occurrendum iudicans, fra-
trem vt rebellem, & publicæ pacis perturbatorem Re-
gno expulit. Hunc tamen Raimundus cautè circum-
uentum miserè trucidauit, eiusdem filios, quibus tan-
quam immanissimus fraticida idem intēdebat, armis
prosequens. Verum hi ad Alfonso Castellæ Regem
cōfugientes (sicut & Ramirus fratrum primogenitus ad
Rodericum Viuarium se receperat) mortis periculum
eualere. Qua de causa Nauarræ Proceres Sanctiū Ara-
goniæ Regem, missis legatis, contra Tyrannū ad se vo-
cant, qui statim suis copijs Nauarram, qua Aragoniam
attingit (sicut & Rex Castellæ, qua Castellæ Nauarra
coniungitur) ingressus, breui loca omnia recuperat,
Nauarra. A 2 tyran-



4 **T H E A T R V M**
tyrannicis præsidijs expulsis, & Raimundo ad Cæsar-
augustanum Regem barbarum fugere coacto, vbi
haud diu postea fato non indigno miserimè periit.
Sanctius interim Nauarram, quasi Tyrannorum fau-
cibus sua virtute ereptam, administrauit,

Rex 3. Ramiro regio nomine, & titulo tantum relicto;
quamobrem hic ab Hispanis Scriptoribus ex Nauaræ
Regum catalogo omittitur: qui tres Aragoniæ Reges
Sanctium scilicet, Petrum, & Alfonso Nauarram
consequenter administrasse, atque obtinuisse affir-
mant, vsque ad aduentum

Rex 4. Garfiæ, Regis Ramiri, qui ad Rodericum Viuarium
confugerat, filij, ex Eluira eiusdem Roderici filia ge-
niti. Hic enim à Nauarrensisibus ad auitum Regnum
vocatus, anno millesimo, centesimo quarto, post
quingagesimum annum, quo Aragonibus subdita
Nauarra fuerat, auxilijs aui materni Regnum, quod
suum erat, recuperauit. Regi Castellæ, qui bellum pa-
rare videbatur, tributarium se reddidit, auxilio contra
Aragonem, qui & ipse copias in illum educebat, ex
pacto impetrato. Verum inter hos, vt qui pij erant, ar-
maque sua in Mauros conuertere studebant pax sub-
sequitur, post quam, cõiunctis partium communibus
copijs, in Bæticam contra Regem Marocanum profe-
cti, insignes victorias obtinuerunt. Ex qua expeditione
in Regnũ reuersus, Garfiæ Reipub. statum veteri more
sapien-

R E G I V M.

5
sapien-
tissimè composuit. Tandem in venatione feram
ardenter insequens, cespitante equo, ipse excussus, ac
sub equo depressus interiit. Cuius filius

Sanctius admodum adolescens patri succedit. Rex
Quam Regis ætatem Castellæ, & Aragoniæ Reges s.
despicientes, Regnum ei auferre statuunt: verum Na-
uarrenses Sanctij regia, & generosa indole perspecta,
magnam futurarum rerum spem concipientes, pue-
rum omnibus modis defendere conantur. Quorum
spes inanis non fuit: tot enim & tam insignes pruden-
tiæ fructus suis postea dedit, vt Sapientis nomen apud
omnes & suos, & externos adeptus fuerit. Quamobrem
Castellæ & Aragoniæ Reges territi, bello abstinue-
runt. Cuius demum filius

Sanctius Fortis cognominatus patris in Regno Na- Rex
uarre successor est. Hic verè Princeps magnificus ex- 6.
stitit & liberalis. Ciuitatem vulgò Tudellam fluuio
Ibero inclusit, nouo ad hoc alueo, infinito multorum
operarum labore & sumptibus, effosso. Plurimas Ec-
clesias, & pias ædes suo are extructas redivitibus dota-
uit. Magna inter illum, & Castellæ Aragoniæq; Reges
orta dissensione, ab iisdem Regno exutus, ad Miramo-
melinum Maurorum Regē in Africam fugit. Ex qua
reuersus (pace cum Castellano, & Aragonie facta) cum
Christianorum infinitis copijs, Castellæ, & Aragoniæ
Regibus cõmitantibus, contra Mauros proficiscitur, à
Nauarra. A 3 qui-



quibus insignes & memorandas victorias referens, arma sua siue insignia (vt sempiternam rei à se in bello patratae memoriam posteris transmitteret) catenis exornauit, vt qui fortissimas catenas ad moenium defensionem à Mauris nouis machinis validè tenfas perripisset. Tandem prolis expers obiit. Vnde Navarra Tibaldo, suo

Rex

7.

Theobaldo Blanca eiusdem Sanctij sororis ex posthumo, hereditario iure cessit. Hic Rex factus, bonus licet, iustus & militaris disciplinae peritissimus esset, suorum tamen subditorum seditionibus & publice tranquillitatis perturbationibus non caruit, quod Navarrenses debitam Principi suo obedientiam, quod Gallus esset, negarent. His tamen singulari sua humanitate & prudentia delinitis, breui animos ad pacem & quietem in posterum agenda composuit. Cum Iacobo Aragonie confederatus adre, Mauris bellum intulit. In Syriam deinde cum magno Gallorum Nobiliam comitatu traiecit, in qua Christianos tumultuantes, & quasi inter se summa obstinatione praeliantes, ad concordiam reducere conatus, à Saracenis superatur, ac vrbe Ptolomaide, ad quam salutis causa confugerat includitur. Quibus aduersitatibus adactus, in Europam, maximè quod Christianorum discordiam in dies crescere animaduertebat, reuerti statuit: verum audito Ludouici Gallorum Regis cum

ingen-

ingentibus auxiliariis Gallorum copijs in Palestinam aduentu, summe recreatus Regem Gallum operari decreuit. Quo humanissime cum omnium gaudio recepto, simul cum eodem Saracenos aggressus portum Pelusinum, & ciuitatem, iam Damiatam dictam, eum magna Saracenorum caede expugnauit. In quibus partibus à Ludouico Rege, ob egregiam in bello nauatam operam, summus Praefectus omniumque rerum administrator relictus, Barbaros hostilibus armis continuo laessere non cessauit. Sed ob crescentem nimiam pro illo tempore, & loco Christianorum discordiam, Saraceni omnia passim loca breui recuperant. Quare magnum animi dolorem concipiens, quod tantas de concordia Christianis cordibus inferenda molitiones vanas conspiceret, in Hispaniam reuertitur. In qua bonis & salutaribus legibus suos, in summa pace ad mortem vsque continuit. Cuius filius

Rex

8.

Theobaldus quindecim tantum annorum iuuenis, Rex sed qui magnam de se spem praeberet, in Regno successit. Quare mater Margarita cum Rege puero curam Regni suscepit, quae statim, Castellana metuens, cum Aragonie pacem iniit, cuius & filiam Theobaldi filio sponsam obtinuit. Qua futuri matrimonij stipulatione, elatior & audacior factus, bellum Castellae Regi inferre parat, loca quaedam ab eodem occupata recuperaturus. Verum Regine matris morte praeventus, alio distrahitur, Campaniam materna successione

be

Navarra.

A 4

ad



ad se spectantem armis conseruare coactus. In Francia tum erat Theobaldus, atque ibidem (matrimonio cum Aragonis filia non subsecuto) Isabellam Sancti Ludouici Gallorum Regis filiam vxorem duxit: ac breui post cum socero Rege in Africam cum numerosa, instructissimaque classe traiecit, in qua Carthaginem obsedit, sed frustra, sexto enim mense, quo eam sine fructu oppugnauerat, morbo pestifero totus exercitus miserè corripitur. Qui primo passim milites, tum Regem ipsum Gallum, demum & Theobaldum, cum magno superstitis exercitus dolore, mortalibus eripuit. Vnde, quod nullam de se legitimam prolem reliquisset, frater eius

- Rex - Henricus, qui à Theobaldo ante profectionem, 9. Nauarræ gubernator relictus fuerat, Rex fit. Campaniæ Comes erat, sed Nauarram adeptus, nihil de optimis moribus mutans, cum suorum omnium satisfactione Regnum administrauit. Verum tanta & tam prodigiosa corporis pinguedine grauabatur, vt in morbum incideret, & demum in mortem, anno quarto ex quo regnare coeperat. Filiolam vnicam trium annorum infantem ex Ioanna oberti Artesiæ Comitis, Ludouici Francorum Regis fratris filia procreatam, Ioannam quoque dictam, superstitem reliquit. Hanc pater metuens, ne nouarum rerum tenera filiae ætas ansam præberet, Principibus Regni & Magnatibus summopere commendarat, quos paulo ante mortem

ad

ad Sacramentum fidelitatis filiolarum suarum perpetuum præstandæ adegerat. Vnde Regina vidua cum Primatibus filiarum nomine Regnum administrabat. Quam occasionem Castellanus, & Aragonius captantes, loca nonnulla paulo ante à Nauarrenibus occupata, recuperare tentant. Verum Aragoniæ Rex Nauarrensi-
bus gratus Ioannam filio suo Petro matrimonio copulandam petit. Quæ cum à Regina maturè præuiderentur, suos timens in Galliam ad Regem Philippum consanguineum suum, & amicum cum filia se confert, vbi paulo post filiam suam Ioannam Philippo Pulchro prænominati Philippi Regis filio vxorem dedit. Quare

Philippus pulcher vxoris iure Nauarræ Rex factus, Rex Stephanum quendam Marcanum ad Nauarræ gubernationem & regimen transmittit, Petri Montisacuti ibidem à Regina matre cum summa auctoritate relictæ potestate reuocata. Quæ res & mutatio multorum malorum causa fuit: Nauarrenses enim hac nouitate indignati, exterum non ferentes, varijs factionibus in partes distracti à mutuis cædibus non abstinebant; ita vt Pompeiolis, vrbs Regni totius primaria & metropolis, suo fœdata sanguine mirabiliter dilaceretur. Rex Philippus his occurrere studens, Stephano Marciano in Galliam ad se vocato, Carolum Atrebatensem eo destinauit. Hic, vt qui Regiæ auunculus erat, Nauarrensi-
bus gratus, suo aduentu accensos ciuium



uium animos mitigauit, suaque prudentia ad pristinum quietis statum cuncta reduxit, parte aduersa in fugam acta. Philippus quoque postmodum Galliae Rex factus, collegium famosissimum Parisijs edificauit, quod in gratiam Nauarrensiū Nauarrense vocauit. In quo septingenti Nauarrenses iuuenes studijs & liberalibus artibus vacare poterant. Collegium hoc etiam nū conspicitur Parisijs in ea urbis parte, quae Vniuersitas dicitur. Philippi huius filius primogenitus

Rex Ludouicus Vtinus post matris obitum Nauarram
11. viuente patre materno iure obtinuit, quam feliciter, prudenterque administrauit. Hic moriens filiam unicam Ioannam legitimam Nauarrae haeredem, & postmodum Reginam reliquit (filius enim posthumus Ioannes, post octo dies, quibus Rex fuerat, fatis concesserat, quocirca vix inter Reges numerandus est) verum Philippus & Carolus patrii Regno praerant, quod cum regio titulo exclusa Ioanna gubernabant: quocirca ab Hispanis Scriptoribus inter Nauarrae Reges computantur. Verū nos ijs omissis, ad Philippum Ioannae maritum transimus. Ioanna igitur Philippo & Carolo è vita sublatis, iam grandior facta

Rex Philippo Principi Gallo & Comiti de Eureux
12. nupsit, Philippi Audacis Gallorum Regis ex filio Ludouico nepoti. Hic, vt qui Princeps optimus erat, nouas leges condidit, malos mores, qui ob praecedentium Regum

gum absentiam irreperant, sustulit, vnde in summa tranquillitate & pace vixit. Filiarum secundo loco genitam, nomine Mariam, Petro Aragoniae Regis filio collocavit, ea conditione, vt bellum Castellae Regi pariter inferrent. Quod dum magnis apparatus utrinque paratur, Ioannis Rhemensium Archiepiscopi sanctissimae vitae hominis interuentione sopitur. Demum Philippus Nauarrae Rex Castellano, qui Mauris Granatensibus bellum mouebat, auxiliaturus in Baticam profectus, morbo interiit. Post cuius obitum Regina vidua Nauarram per annos penè sex sapientissime rexit. Qua viuus erepta

Carolus filius anno aetatis decimo sexto Nauarrae Rex
13. Rex creatur. Hic à nonnullis aliqua crudelitatis nota infamatur, eò quod in regni sui primordijs seuerè nimium animaduertisset in eos, qui leuis cuiusdam tumultus auctores extiterant. Bellum cum Ioanne Galliae Rege gessit, cuius tamen filiam vxorem duxerat. Item cum Aragonie, quod ad multos annos varijs, dubijsque euentibus fuit protractum. In lepram tandem incidit, ex qua miro tormentorum genere excruciatu obijt. Post cuius fatum filius eius

Carolus, qui in Castella erat, illi Regi admodum Rex
14. gratus, subito in Nauarram transiens Rex creatur. A Castellae Rege multa loca & Castella per vltroeam restitutionem obtinuit, cum multorum debitorum remissione.



remissione. Princeps tam benignus fuit & liberalis, vt Carolus Nobilis ab omnibus diceretur. Suos in summa pace continuit, bella semper, quantum poterat, cuitabat. Loca aliqua, quæ sua erant, à Francorum Regibus olim occupata, ipse in Aulam Gallicam profectus, suamque causam agens impetrauit, idque ipse coram effecit, quod per Legatos frustra sæpè tentauerat. Filiam suam Blancam ex Eleonora Castellana procreatam Ioanni Ferdinandi Aragonum Regis filio, & Ferdinandi Catholici patri, nuptui dedit, quadringentis ei aureorum millibus assignatis: hac conditione: vt Ioannes Aragonius vxori præmortue, si præmori contingeret, nulla licet prole ex ea superstite, in Regno Nauarræ succederet, quod & factum est postea.

Rex 15. Ioannes igitur Ferdinandi Aragoniæ Regis filius, post Caroli soceri sui mortem, vi matrimonialis stipulationis & contractus, Nauarræ Rex creatur. Hic post Blanca vxoris suæ obitum, Carolum filium ex eadem Blanca susceptum, habuit rebellem, patrem enim Nauarra excludere tentabat, quam ad se matris causa spectare dicebat. Verum cum superius hac de re paulo fusius actum sit, vt item de Regis huiusce virtutibus, hic repetendum non censeo. Filias habuit duas Blancam & Leonoram, ex Nauarræ Regina genitas, hanc

Rex 16. Gastono Comiti Foxano, illam Henrico quarto Castellæ Regi nuptas. Vndè Comes Foxanus à nonnullis

nullis inter Nauarræ Reges numeratur, vtpote qui Leonoræ vxoris causa mortuo patri Ioanni succedentis quindecim dies Nauarram obtinuit, fratre Carolo ante patrem extincto, & Blanca sorore ab Henrico quarto ob naturæ defectum repudiata, item & breui post mortua, ad quam alioquin Regnum spectabat, quod maior natu esset. Post quam (ad aliquot enim annos post mariti mortem Leonora sola regnauerat)

Franciscus Phœbus Leonoræ & Gastoni Foxani ex Rex filio eiusdem nominis & Magdalena Caroli septimi, 17. Gallorum Regis filia, nepos, in Regno Nauarræ successit. Hic quatuor annis, quos vixit, sub aliena tutela fuit, vndè nihil memoratu dignum de hoc reperio. Catharina eius soror Leonoræ & Gastoni neptis, post fratris fatum, qui sine prole discescerat, Nauarræ Regina facta

Ioanni Albretio nupsit, qui & Pompelonæ Rex Rex coronatus fuit. Verum hi vltimi Nauarræ Reges fuerunt, 18. Regnum enim his à Ferdinando magnis de causis ademptum fuit, qui hoc posteris suis Castellæ vnitum transmisit.

Finis Theatri Regij Nauarra.

Nauarra.

B

IN-



I N D E X
R E R V M M E M O R A B I L I V M,
Q V Æ H O C L I B R O C O N T I N E N T V R.

C.		G.	
C Alagoria ciuitas causa belli inter Sanctij Maioris filios. 2		Garfias Sanctij Maioris filius obtinet Nauarram. 2	
Cedit Ferdinando Castellano. ibid.		Habet cum fratribus bellum. ibid.	
Carolus Atrebatensis mittitur in Nauarram. 9		Intrat Castellam cum copijs. 3	
Placat Nauarrenses. 10		Bello cadit. ibid.	
Carolus Nauarra Rex. 11		Garfias 2. Rex Nauarra promittit tributum Regi Castellae. 4	
Crudelitate notatur. ibid.		Sub equo deprimitur. 5	
Cum Gallo & Aragone bellum gerit. ibid.		Gastonus Comes Foxanus per uxorem Nauarra Rex. 12	
Lepra percussus moritur ibi. Carolus 2. Nauarra Rex. 11		Post quindecim dies moritur. 13	
Regi Castellae gratus. ibid.		H.	
Impetrat ab eodem multa loca. ibid.		Henricus Nauarra Gubernator fit Rex Nauarra. 8	
Nobilis dicitur. 12		Præ nimia pinguedine moritur. ibid.	
In Galliam proficiscitur. ibid.		Relinquit filiam heredem. ibid.	
Impetrat multa loca à Gallo. ibid.		Moriens commendat filiam proceribus Regni. ibid.	
Castellae & Aragoniae Reges inuadunt Nauarram. 4		I.	
Catharina Regis Nauarra soror nubit Ioanni Albretio. 13		Ioanna Regis Nauarra vidua administrat Nauarram. 9	
E.		Fugit cū filia in Galliam. ibi.	
Franciscus Phæbus Nauarra Rex. 13		Despon-	

M V R E R V M M E M O R A B I L I V M.		
Despondet filiam Regi Gallo. ibid.	& Nauarra Reges. 4	
Ioannes Poethumus Nauarra Rex. 10	Conuertunt arma in Maurus. ibid.	
Moritur post octo dies. ibid.	Philippus Pulcher Gallia Rex +	
Ioanna Nauarra Regina. 10	fit per uxorem Nauarra Rex. 9	
Excluditur à patris. ibid.	Mittit Stephanum Marchanum ad Nauarra regimen. ibid.	
Nubit Philippo Comiti de Eureux. ibid.	Reuocat Stephanum. ibid.	
Ioannes Rbemensium Archiepiscopus placat Reges Castellae, Aragoniae & Nauarra. 11	Mittit Carolum Atrebatensem in Nauarram. ibid.	
Ioannes Albretius per uxorem fit Rex Nauarra. 13	Extruit Collegiū Parisijs. 10	
Regnum amittit. ibid.	Philippus & Carolus inuadunt Nauarram. 10	
L.		
Leonora Gastoni vidua sola administrat Nauarram. 13	Numerantur inter Nauarra Reges. ibid.	
Ludouicus Vtinus Nauarra Rex. 10	Philippus Comes de Eureux fit per uxorem Nauarra Rex. 10	
N.		
Nauarra Regio Hispaniae. 1	Mauris infert bellum. 11	
Eius situs. ibid.	Moritur in bello. ibid.	
Romanis paruit. ibid.	Pöpelona Nauarra metropolis. x	
A Gothis vastatur. ibid.	De Pompeio dicta. ibid.	
Nauarrenses vocant Aragoniae Regem contra Raymundum. 3	R.	
Nauarrenses pugnant pro Sanctio. 5	Raymundus occidit fratrem Nauarra Regem. 3	
Nauarrenses inter se pugnant. 9	Occupat regnum. ibid.	
Non ferunt Stephanum Marchanum. ibid.	Cogitur fugere ad Regem Casarugustanum. 4	
P.		
Pax inter Castellae, Aragoniae, Nauarra.	Miserè moritur. ibid.	
S.		
	Sanctius Nauarra Rex. 3	
	A fratre Raymundo occiditur. ibid.	
	Eius	
	B 2	



INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Eius filij fugiunt ad Regem Castelle. <i>ibid.</i>	tuantes. <i>ibid.</i>
Sanctius 3. Nauarra Rex. 5	Vult placare sed frustra. <i>ibid.</i>
Fortis dictus. <i>ibid.</i>	Includitur à Saracenis vrbe Ptolemaide. <i>ibid.</i>
Regno exiit. <i>ibid.</i>	Statuit in Europam reuerti. <i>ibid.</i>
Fugit in Africam. <i>ibid.</i>	Expectat Regem Gallie in Syria. <i>ibid.</i>
Post reditum facit pacem cum hostibus. 6	Expugnat Damiatam. 7
Tendit contra Mauros. <i>ibid.</i>	A Rege Gallie præficitur co- pijs. <i>ibid.</i>
Obtinet victoriam. <i>ibid.</i>	In Hispaniam reuertitur. <i>ib.</i>
Dat arma Nauarra. <i>ibid.</i>	Theobaldus 2. Nauarra Rex. 7
Moritur sine prole. <i>ibid.</i>	Eius mater pacem init cum Rege Aragonie. <i>ibid.</i>
Sanctius 2. Nauarra Rex. 5	Parat inferre bellum Regi Castelle. <i>ibid.</i>
Princeps insignis. <i>ibid.</i>	In Franciam proficiscitur. <i>ib.</i>
Sapiens dictus. <i>ibid.</i>	Ducit Isabellam S. Ludonici filiam. <i>ibid.</i>
Sanctius Aragonie Rex admini- strat Nauarram. 13	Traicit in Syriam. <i>ibid.</i>
T.	Frustra obsidet Carthaginem. <i>ibid.</i>
Theobaldus Nauarra Rex, Campanie Comitis filius. 6	Pestemoritur. <i>ibid.</i>
Despicitur à suis. <i>ibid.</i>	
Placat suos. <i>ibid.</i>	
Traicit in Syriam. <i>ibid.</i>	
Inuenit Christianos tumul-	

Finis Indicis.

THEATRVM
REGIVM

SIVE

REGVM PORTVGALLIÆ.

BREVIS SERIES

ET

COMPENDIOSA NARRATIO.

VARIAS ILLIVS REGNI HISTORIAS COMPLECTENS.

EODEM AVCTORE.



BRVXELLÆ,
Apud Ioannem Meerbecium. M. DC. XXVIII.

Permissa Regio.



AMPLISSIMO
SENATUI
ANTVERPIENSI S.

NEMINI non constat, Amplissimi viri, patriæ commodis interuendum, eiusque causa nullos labores, nulla pericula subterfugienda; imo si res ita ferat, secundum illud,

Dulce est decorum pro patria mori.

pro ea moriendum, & quouis mortis genere fatum anteuertendum. Quod egregie de Catilina ille infert, cum ait: Catilina inter suos occubuisse repertus pulcherri-⁺ma morte, si sic pro patria. Laudabilior Philocles, qui pugna nauali à Lyfandro victus, nihil aduersitate fractus, lotus ac splendida amictus chlamyde primus ad ceruicem præbendam ciues suos pro patria antecessit. Nec hic omittendum Pelopidæ dictum, Principe dignum: qui cum ad Cleombrotum è Boetia fugandum, cui calamitatem illam intulit, quæ

Portugallia.

ã 2

Leu-



EPISTOLA

Leuctrica dicebatur, proficisceretur; domo egrediens uxori ad lachrymas effusa, vt se seruaret admonenti: mulier, inquit, non suggerendum aliud, quam patriam & ciues seruare. Quid Augustus de Cicerone? dum caput eius & manus, à quo erant multorum ciuium capita seruata, in ipsis rostris posita cerneret: Magnus vir, inquit, fuit & amator patriæ. Rarus amor Codri Regis in patriam: qui Peloponneses mendici habitu in prælio fefellit, vt occisus patriam seruaret, Imperium ijs eriperet, & oraculum eluderet, quo se imperaturos acceperant, si hostium Regem non occidissent. Addo aliud ex tot centenis, & progredior. Nonne Æmilius Paulus vir vsque ad supremum diem omni officio in patriam functus, negauit se superesse velle exercitui, sibi à Senatu ad patriam contra dirum Annibalem tutandam tradito? Quod si ita est, quis obsecro sine scelere negauerit, patriæ citra vitæ dispendium quauis in re esse gratificandum? cum velut communis omnium parens iure optimo possit quæcumque filiorum

DEDICATORIA.

filiorum officia à suis alumnijs exigere. Quapropter cum vos eius vrbis sitis moderatores, cui ego tanquam parenti, & debeo maximè & studeo gratificari, arbitratus sum hancce meam, quantumuis tenui caractere delineatam, Lusitaniam nullius cuiusquam aspectum confidentiùs subire posse quam vestrum. Credibile enim non est amplissimæ Nationis (quæ in amplissima Vrbe, Amplissimi Senatus priuilegijs munita & condecorata habitationis locum elegit) Regum stirpem sibi oblatam ægrè laturos, & non potiùs gratam habituros. Nihil enim Principum factis delectabilius, quod præ cæteris maximam admirationem pariatur: cum generosus animus hoc habeat, vt arduis & honestis ad ardua & honesta feratur, nec excelsi pectoris & ingenij virum humilia aut sordida capiant, sed heroicis & illustribus continuo oblectetur, & voluptate, quæ ex gloriosa Principum memoria, in multa sæcula propagata & immortalitate donata, percipitur, recreetur. Vndè iure optimo omnium

Portugallia. ã 3 rerum



EPIST. DEDICAT.

rerum series, quibus hominis felicitas petitur, historiæ tribuenda est. Hæc me potissimum causa impulit, vt hoc leuicidense vestro nomine munirem, & Zoylorum flatibus opponerem; vt vestro fauonio in publicum delatum, audaciùs se proderet. Quod velim Amplitudines V. V. acceptum habere, & inter suos admittere

I. B. LAMBERTINVM.

CATA-

PORTVGALLIÆ REGVM
Catalogus.

1. Henricus Bisuntinus.
2. Alfonsus.
3. Sanctius.
4. Alfonsus secundus.
5. Sanctius secundus.
6. Alfonsus tertius.
7. Dionysius.
8. Alfonsus quartus.
9. Petrus.
10. Ferdinandus.
11. Ioannes Nothus.
12. Eduardus.
13. Alfonsus quintus.
14. Ioannes secundus.
15. Emmanuel.
16. Ioannes tertius.
17. Sebastianus.
18. Henricus Cardinalis.
19. Philippus Austrius.
20. Philippus Austrius.
21. Philippus Austrius. Cuius regnum Devs Max. quam diutissimè dignetur conseruare.

THEA

quoniam circum
fronta tota
42 miliana
subiorem fait.

THEATRVM

2
citas, Romanorumque colonia. Regnum hoc à mira fertilitate commēdatur, quippe quod viginti quatuor millianum longitudine & latitudine ultra viginti millia fontium perennium contineat. Communem Hispaniæ calamitatem post Maurorum aduentum experta, magnam antiqui splendoris partem amiserat, foedo Saraccenorum dominatu atrita. Verum Legionis Regum strenuitate Maurorum crudelitati erepta, in eam excreuit potentiam, ut Reges, quos postea habuit, tanta gloria, tantaque rerum gestarum magnitudine claruerint, ut potentissimis Orbis Principibus haud inferiores iudicarentur. Si enim gloriam suam Romani in eo consistere arbitrabantur, quod signa sua militaria & arma quam longissime circumferrent, nonne idem Portugalliæ Reges fecere, qui ad eas orbis partes peruenere, quæ Romana signa non moderant, armaque non seherant? Magnum certe ingentis gloriæ argumentum, ultra Romanorum terminos Imperium protulisse, & ad Indos penetrasse, quasi Europa Portugalliæ Regum magnanimitati non sufficeret, eosque non magis caperet, quam Macedonia Alexandri.

Prima igitur clarissimorum Portugalliæ Regum origo Legionis Reges fuere, atque inter alios Ferdinandus Rex cognomento Magnus, qui filio suæ Garsie Portugalliam, Mauris ex ea nondum ciectis, simul & Galleciam cum regio titulo dedit. Sed huius dominiū à Sanctio fratre inuaditur, quem Alfonso sextus subse-

REGIVM

subsequitur, fratrum suorum Regnis omnibus potitus. Hic Alfonso, ut qui Princeps erat bellicosissimus & Mauris infestus, post Toletum receptum magnam Portugalliæ partem Christianis incolendam tradidit. Quo tempore Mauri magnis copijs è Carthagine per Hispaniam discurrentes, omnia ferro & igni vastabant. Verum ab Alfonso exercitu obuiam misso, Barbari egregie repelluntur. In qua expeditione Alfonso Rex, Henrici Comitis cuiusdam Lotharingi operam, ut sæpè antea, insigniter expertus, ei aliquanto post filiam suam non legitimam, nomine Tarasiam, uxorem dedit, eam Portugalliæ partem, quam Mauris eripuerat, cum titulo Comitatus dotalem attribuens. Erat hic

Henricus natione Bisuntinus, quæ ciuitas Burgundiæ Comitatus est primaria, vnde non desunt, qui hunc Constantinopolitanum fuisse asserant, Byzantinum pro Bisuntino legentes, nam quæ nunc Constantinopolis vocatur, olim Byzantium appellata fuit. Verum qualemcumque fuisse scribant alij, nos eum Burgundum appellamus, è Burgundiæ Comitatu ortum. Alfonso sexto propter insignem probitatem & rei militaris experiētiam & industriam gratissimus fuit, cuius, ut dictum est, filiam Tarasiam uxorem habuit, vnde Portugalliæ Comes factus est circa annum Domini millesimum, centesimū. Hic ob insignes victorias, singularem pietatem & Religionem primus in Portugalliæ Regum catalogo (Comes licet ipse tantum fuerit, Portugallia. & Por-



4 **T H E A T R V M**
& Portugalliam cum solita recognitione, Regi Hispaniæ debita, possideret) poni, totque clarissimorum Regum, qui post eum tanta cum gloria in Portugallia regnarunt, antesignanus merito vocandus multis visus est. Ex vxore Tarasia filium

Alfonsum hæredem reliquit noui Comitatus, quem Rex Castellæ primum Portugalliæ Ducem creauit. Quo titulo vsus fuit annos viginti septem, vsque ad memorabilem illam pugnam, quam in Orichienti agro contra Isimarium, & alios quatuor Saracenorum Reges conseruit. Quod prælium commissurus Rex ab exercitu salutatus est. Indignum enim videbatur aliū, quam Regem aduersus tot Reges pugnam inire. Qua pugna quinque illis Regibus, cum quasi inaudita & incredibili Barbarorum clade, superatis, quinque scutorum insigne, facti monumentum posteris reliquit. Vlyssiponam primus à Mauris recepit aliasque ciuitates, plurimaque loca à Barbaris recuperauit. Primus semper in prælio & inuictus, tantaque dextræ pollebat fortitudine, vt nemo ab eo tactus leuiter vulneratus euaderet. Nec solum strenuus miles, verum Christianæ Religionis erat obseruantissimus, vnde pietatis studio incumbens, templa quamplurima extruxit, alia à Mauris destructa pristino nitore restituit. Præfuit summa cum laudè Portugalliæ populo annis septuaginta & tribus, post quos piè, vt vixerat, obiit.

Sanctium

R E G I V M. 5
Sanctium filium hæredem relinquens. Hic Sanctius multis rebus aduersus Mauros præclare gestis celebratur, quibus cum numerosissima Danorum, Frisonum, & Hollandorum classe, qui in Palestinam ad bellum Turcicum vela dabant, ac in portum Vlyssipponæ appulerant, bellum acriter intulit, ac ciuitates & multa loca vi armorum ademit, sibi ea reseruans, auxiliariis verò Hollandorum copijs spolia cedens. Regnavit annis viginti septem, ac moriens filium

Alfonsum secundum in Regno reliquit. Fuit hic Alfonso in fratres & sorores animo non satis æquo, quos hæreditaria parte Regni, à patre testamēto relicta excludere tentabat: verum summi Pontificis minis, qui excommunicationem parabat, ni desisteret, Regisque Legionis sororij sui per Tharasiam vxorem, eiusdem Alfonso sororem, cum exercitu aduentantis metu territus, bello ijs inferendo abstinuit. Quæ tandem arma, saniori mente & consilio in Mauros conuertit, quibus (Hollandorum & Frisonum classe, qui in terram sanctam vela rursus dabant) suis nauibus adiuncta Salaciam ciuitatem, quæ & Vlixpona dicitur, quamque Mauri rursus occupauerant, ademit, non sine Lusitanorum militum summa laude, quorum opera in Salaciæ ciuitatis expugnatione plurimum valuit. Obijt Alfonso anno Regni sui duodecimo, cui filius

Sanctius successit, cognomēto Capela hoc nomine Portugallia. 4 3 secun-



T H E A T R V M

secundus. Partum idoneus regiae coronae, & scepro, ad monasticam vitam magis natus & quietem, quam ut Regnum administraret, populosque regeret. Qua de causa Papa Innocentius quartus (apud quem Sanctius delatus fuit, quod animo esset nimis remisso in Regni administratione) Alfonso Comitem Bononiensem Sanctij fratrem Portugalliae Vicarium declaravit, & successorem, si prole Sanctius careret, manente tamen titulo Regis penes Sanctium, quem anno vigesimo secundo, ex quo regnare coeperat, cum vita reliquit. Unde frater eius

Alfonso ex administratore Portugalliae Rex creatur, illius nominis tertius. Hic Regni sui initio Machildam uxorem Dommartini Comitis filiam, Philippi Crispi, Philippi Augusti Franciae Regis filij viduam, quod prolis concipiendae nulla spes superesset, repudiavit: ac Beatricem Alfonsi decimi Castellae Regis filiam naturalem iuenculam, prolis admodum cupidus, & successoris, ad motus, quos praeviderat, evitandos, uxorem duxit, cum qua Algerbium Regnum, quod Mauri occupabant, in dotem habuit, & Portugalliam, quae Reges Castellae superiores, ut patronos, agnoscebat, ipsaque ex foedere adstringebatur, liberam obtinuit. Dotem, quam a socero cum uxore acceperat, eiusdem soceri sui auxilio a Mauris recuperavit, Regnumque Algerbiorum Barbara peste purgatum, paterno Regno adiunxit, titulum & arma ad posteros remisit.

R E G I V M.

remisit. Princeps fuit omnis bellicae gloriae laude dignissimus, Barbaris vivens acriter bella intulit, quibus, ut dictum est, totum Algerbiorum Regnum ademit, eosque in extremam Hispaniae partem fugere coegit. Regnavit annos triginta tres, post quos feliciter obiit, filium

Dionysium Regem relinquens, qui a paternarum virtutum semita minimè declinans, cunctos in sui amorem rapuit. Tribus virtutibus potissimum claruit, iustitia, liberalitate, & veritate, unde ab omnibus sui saeculi Principibus mirè colebatur. Itinera praedonibus & sceleratis hominibus valde infesta proficiscentibus secura reddidit, ita ut non magis periculosum foret de nocte, ac de die iter habere. Nobilium potentiam, qua pauperes opprimebant, magnamque insolentiam audaciamque sua auctoritate repressit. Multa praeterea Regiae magnanimitatis & indolis exempla praebuit, unde dignus habitus fuit, qui iudex eligeretur, ut de Ferdinando Castellano Sanctij quarti filio, Alfonsi decimi Castellae Regum nepote, & Alfonso de la Cerda, Ferdinandi de la Cerda filio, Alfonsi decimi Castellae Regis quoque nepote, sententiam ferret. Asserebat hic Alfonso Castellam ad se spectare, quod Ferdinandi de la Cerda Alfonsi decimi Castellae Regis filij primogeniti filius esset, cum Ferdinandus Castellanus a Sanctio eiusdem Alfonsi decimi filio secundo loco nato proveniret. Quod tanta cum sapientia, Portugallia. a 4 iustitia



THEATRVM

iustitia & dexteritate fecit, vt vnicuique satisfactum foret, manente Ferdinando cum titulo regio, Alfonso verò assignata pro se posterisque suis magna Regni parte. Milites IESV CHRISTI sub Ordine Cisterciensi apud oppidum Tomarium Lusitaniæ sub Magistro, & Conimbricensem academiam instituit. Omnium scientiarum amantissimus fuit, & Christianæ Religionis assertor maximus. Quatuor & quadraginta Portugalliæ oppida, partim instauravit, partim à fundamētis extruxit. Militaris disciplinæ obseruatissimus, ita vt milites bellorum tēporibus, si agricolis nocuissent, quos Reipub. neruos appellabat, seuerè castigaret. Regnavit annos quadraginta & sex, ac moriens filium

Alfonsum quartum post se Portugalliæ & Algerbiorum Regem reliquit, ex vxore Isabella Petri Aragonum Regis filia procreatum. Hic ob morum austeritatem & rigorem Ferox dictus fuit. Magnas cum Alfonso vndécimo Castellæ Rege genero suo per Mariam filiam, cuius ipse per Constantiam sororem auunculus erat, contentiones habuit: quod Alfonso vxorem, quæ Portugalliæ Regis filia erat sperneret, neque maritali amore, regaliq̄e honore prosequeretur, concubinarum illecebris planè demersus. Interfuit tamen memorabili illi prælio cum eodem Alfonso genero suo, & hoste, quod gestum est contra Almo-hasenū Marochiorum, & de Benamarin Regem, atque alios quatuor Reges, de quo prælio in prima huius li-

amplius

aliquo bri

REGIVM.

9

bri parte, in vita Alfonso vndécimi dictum est. Crudelitate fuit notatus, quod Agnetam Petri filij sui vxorem, ex qua etiam filij supererant, cuiusdam Petri Cœlij, & Aluari Gonsalvi prauo consilio seductus, interfici mandavit, de reliquo Rex insignis, & prudens. Regnavit annos triginta & duos, filius

Petrus mortuo patri superfuit. Qui & ipse crudelitatis nota fuit infamatus, non quod in innocentes sæuerit, verum quod nocentes acerbius, quam delicta exigebant, puniri mandaret, & ab ordinario administrandæ iustitiæ tramite deflecteret. Certè absque vllâ personarum exceptione & differentia Ecclesiasticos, sæculares, diuites, & pauperes, nobiles, & ignobiles, aliosq̄e cuiuscumque status & conditionis, morte condemnabat, si morte dignum quid commisissent. Imò tam acrem eum iustitiæ vindicem commemorant, vt nonnullos ipsemet sua manu castigaret. Cum Ecclesiasticus quidam Sacerdos scelerum causa ex Regis mandato ad mortem duceretur, Regem incompetentem iudicem esse clamabat, ad quem Rex; Ad competentem inquit iudicem DEVM te transmittito, à quo malorum operum præmium cōdignum accipies. Hic tamen tantus in castigando rigor in malos se solum extendebat; bonos enim & quos vtilis Reipub. agnoscebat, tanto honore & favore prosequeretur, vt Regem quo die nulli bono benefecerit, Reigio nomine indignum diceret. Agnetam, quam à pa-

tre



tre consilio Petri Coelij & Aluari Gonsalui interfectam superius dictum fuit, veram & legitimam uxorem fuisse confessus est. Vnde tanti sceleris auctores crudelissime mortis genere affecit. Ambos enim iussit igne cremari, corde prius vni per partem anteriorem extracto, alteri verò per partem posteriorem. Mauris quoque bellum intulit, à quibus etiam non paucas victorias obtinuit, & spolia. Denique anno Regni vndecimo fati concessit. Vnde

Ferdinandus filius Regni gubernacula suscepit. Hic statim Eleonoram Martini Alfonsi Telli filiam Laurentio Cugna nobilissimo Equiti collocatam, cui & liberos peperat (quod sanguinis gradu propinqui essent, vnde matrimonium dissolui posse assererat) uxorem duxit, eam marito suo auferens inuito. Qui potentiam Regis Ferdinandi metuens, in Castellam se subduxit, diuortium hoc violentum impedire non valens. Erat hæc Eleonora pulcherrima iuencula, forma corporis conspicua, & facie venusta, sermonis quoque elegantia commendata: quam in Beatricis sororis suæ palatio conspectam adamauit, statimque cunctis Regni Proceribus reclamantibus, uxorem duxit, ex qua postea Beatricem filiam procreauit, quæ Ioannis primi Castellæ Regis, vxor fuit. Nunciata hoc tempore morte Petri Castellæ Regis ab Henrico fratre iustè occisi, Ferdinandus Castellam inuadere summè cupiebat, exhortatione præcipuè multorum Hispanorum

panorum accensus, qui magis nouis rebus studebant, quam ut Regis Petri mortem vindicarent. Expeditio hæc iusta successio vocabatur, quod nempe Ferdinandus Regem Petrum sanguinis propinquitate attingeret, atque hoc nomine rei indignitatem excusabat. Vnde Ferdinandus, ut qui iuuenis acer erat & regnandi cupidus, animoque parumper elatus, thesauroque ingentis pretij à patre relicto abundans, Castellam infesto agmine ingreditur, tam opportunam opulentissimi Regni acquirendi occasionem leuiter perire non permittens. Verum nihil eorum, quæ conceperat, egit, ordine suo militari ab Anglis (quorum non exiguum numerum in castris habebat) perturbato. Quare Ferdinandus magnam exercitus sui diminutionem passus, in Portugalliam reuertitur, in qua anno quinto decimo, quo regnare coeperat, obiit. Quo mortuo Regni habenæ penes Reginam viduam erant, quæ cuncta ex cuiusdam Comitis Ioannis Anderij consilio & voluntate administrabat, non sine sinistris ob præteritos amores suæ pudicitie rumoribus, & obloquijs. Verum hæc Comitis nimia auctoritas, & summis & infimis grauissima erat, vnde Ioannem Regis Petri filium illegitimum, prædicti Ferdinandi fratrem, incitant, ut ipse coronam accipiat, pestemque tam immanem, Comitem scilicet, è Regno & viuis tollat: sese nihil magis exoptare clamantes, quam Ioannam in folio Regio conspiceret, scelerato Comite sublato, cuius quoque maleficio & opera contigisse addebant, quod



quod Ioannes à fratre Ferdinando carcere diutissimè detentus fuerat, quem etiam Regina, eiusdem Comitum consilio, morte affici mandarat, scripta ad Martinum Alphonsum Melium nobilem virum, qui carceribus præerat, epistola, quam propria Regis manu exarata fingebant. Verum Martini Alphonfi vigilantia & fide, qui litteras fictas animaduertebat, Ioannes à nece præseruaretur. Eiusmodi ergo popularibus exhortationibus, quibus etiam Nobilitas fauebat, Ioannes animatus, tam opulentum Regnum se iustè acquirere posse sperans, & nobilium & ignobilium comitatu palatium petit, ac Comitem ibidem inuētum, vt proditorem Regniq̄ue oppressorem, occidit. Post cuius cædem ab omnibus, qui aderant, publicæ libertatis vindex proclamatus fuit. Quibus territa Regina sibi timens, quod & ipsa tot scelerum impiè commissorum particeps esset, clam fuga se subduxit. Nondum his peractis Ioannes Rex erat; fœdere enim fuerat sancitum inter Ferdinandum mortuum, & Ioannem Castellæ Regem, consentientibus hinc inde Regni Primatibus, vt Portugallia à proprijs Gubernatoribus, qui Lusitani essent, administraretur, quorum quoque nomine moneta cuderetur, insignibusq̄ue signaretur: donec ex Ioanne Castellæ Rege & Beatrice Ferdinandi filia hæres nasceretur. Verum Castellæ Rex, spretis facti fœderis conditionibus, Portugalliam ingreditur armatus, urbemq̄ue Vlixbonam Regni metropolim obsidet. Quibus Lusitani commoti, rem armis agendam

boup

dam decernunt: quare Ioannem copijs, quas paratas habebat, cum summa Imperij, vt Ducem, præesse mandant. Qui tanta prudentia, rei q̄ue militaris experientia exercitum ducebat, vt hostis nihil aduersus urbem moliri posset, qui breui post, quod pestis in castris sæuaret, in Castellam multis è suis amissis reuertitur. Vix vrbs obsidione soluta erat, cum Curias generales (ipsorū hoc nomen est) indicunt Lusitani, vt de modo in posterum gubernandi agerent. Conimbriæ Ecclesiastici, & sæculares Principes conuenerant, à quibus

Ioannes (quod magnam omnis virtutis & regiae munificentie spem dederat) post longas & varias partium, modo in hunc, modo in alium inclinantium, disceptationes, ex Magistro militie Ordinis Cisterciensis de Auijs, auxilio præcipuè Nonij Aluari Pereira, Portugallia Rex declaratur, idq̄ue cum omnium subditorum gaudio, publicoq̄; acclamantium, electionemq̄; laudantium plausu & lætitia. Quibus à Castellano auditis, quod Portugallia iure vxoris Beatricis ad se spectaret, rursus Vlixsponam obsidet, cætera in potestatem facillè redigi posse iudicans, si Regni Metropolis pro se staret. Verum nouus Rex Ioannes cum Nonio Aluaro Pereira, qui Regni Comestabilis à Ioanne creatus erat, tam acriter hostes inuadit, vt inexpectato hoc assultu territi, cuncti fuga salutem quærerent, in quibus Rex ipse Castellæ febre eo tempore grauatus. Qui Hispali postmodum commoratus, dies ibidem,

Portugallia.

b

turba-



turbatus animo, summa cum tristitia ducebat, quod ab inimico, quem parui fecerat fugatus & castris exutus fuisset: mirum tamen, cum Princeps tam magnanimus esset, quod bellicam hanc fortunam constantiori animo non ferret. Post hanc victoriam ea Portugalliae pars, quae Castellano adhæserat, eiusque causam probauerat, ad Ioannem obtenta venia redijt, vnde ab hac parte pacem habuit, inito cum Castellani successoribus fœdere. His igitur feliciter ad finem perductis, animum ad bellum infidelibus inferendum conuertit: ac primum ingenti classe, quae in portu parata stabat, se contra Hollandiae Comitem, cui infensus erat, proficisci fingens in Mauretanium traiecit Tigetanam, in qua Septam ciuitatem opulentissimam omniq; armorum genere instructam & munitam, Mauris improviso suo aduentu cōsternatis, eodem ferè die, quo appulerat, occupauit. Alias deinde magnas & præclaras victorias ibidem obtinuit. Tandem in Portugalliam reuersus, tanta cum laude & gloria Regnum administravit, vt exinde Ioannes Rex, bonæ memoriæ dictus sit. Nec solum in militari scientia excelluit, verum Religionis Christianæ maximus propagator, item magnanimitate & liberalitate præstantissimus habitus est. A clementia quoque mirè commendatur, qua nonnullis, qui in se conspirauerant, pepercit, quibus non solum errores remisit, verum & donis eos, honorumq; titulis honestauit; ijs medijs efficiens vt à peruersis equè & bonis diligeretur. Rexit sapientissimus Princeps Portugalliam

liam annos quinquaginta, post quos fatis concedens, filium Eduardum habuit opulentissimi Regni hæredem & successorem, filios quoque Petrum Portugalliae Infantem, Ferdinandum virum sanctitate præclarum, Ioannem Regem Cypri vxoris causa designatum, tum Antiochiæ Principem, & Henricum, qui in Atlantico mari primus nouas reperit insulas. Amplificandi siquidem Regni paterni desiderio, quod angustioribus limitibus conscribi videbat, quam vt tantamque inuicti animi Principes caperet: in hac Insulas nouas primus induxit colonos ex Lusitania. Tot inter filios fratres, filiam quoque legimus, Leonoram, quæ nupsit Petro Aragonum Regi.

Eduardus igitur Ioannis filius maior natu, post patris obitum rerum in Lusitania potitur. Hic animi dotibus, regijq; planè virtutibus patri non inferior fuit. Equorum domitor intrepidus & indefessus. Eloquentiæ studio tam addictus, vt libros componeret, quorum vnum serenissimæ Leonoræ (quam & alij Isabellam vocant) Ferdinandi eius nominis primi Aragonum Regis filie, coniugi suæ dedicauit, qui fidelis Consiliarij titulo insignitur. Exstât quoq; fragmenta, in quibus eodē Auctore de Iustitia fusè tractatur. Materia sanè, quæ Reges decet, cum ipsi præcipuè sint Iustitiæ Moderatores & Rectores. Sæpè repetebat illud, quod aliundè didicerat: Respub. tū demū felices esse, in quibus Philosophi Reges forent, aut Reges philosopharetur. Neq; verò sua

Portugallia. b 2 Eduar-



Eduardo Philosophia inutilis fuit, præsertim cui comes iret eloquentia: hinc enim factum, ut cunctos suam semper in sententiam traheret, cum de Reipub. commodo & vtilitate ageretur. Christianis quoque moribus irreprehensibilis audijt, & Catholicæ fidei propugnator acerrimus. In Regijs expensis parcus, ne, ut ipse dicebat, Regij sumptus Rempub. in necessitatem adducerent. Denique nihil huic Principi, quod homo mortalis exoptare posset, deerat, nisi quod DEI nutu non vna cum calamitas exercuerat. Duo Regni eius mala maxima numerantur, vnum quidem insana pestilentia vis, quæ per annos quinque continuos, quibus rexit, urbem Regiam habitatoribus penè vacuum reddidit. Deinde Ferdinandi fratris vnicè cari perplexum infortunium: nam in Mauritania à Saracenis captus detinebatur, quem nullo pretio ab iisdem redimere poterat, nisi Septe ciuitatis redditione, quæ pater, ut Hispaniæ valdè infestam, expugnauerat. Qua ratione nouis semper sollicitudinibus Rex torquebatur, cui graue erat, ciuitatem tam opportuno loco sitam, quo Hispaniæ noceat, hostibus reddere, vel fratre misera seruitute in Africa detento carere. Mors tamen hanc Regi animi egritudinem abstulit, quæ Ferdinando contigit, antequam ad fratrem reuerteretur. Eduardus primus omnium Portugalliæ Regum filium primogenitum Principem appellari mandauit. Tandem Eduardus in extremam Regni sui partem, pestem fugiens, profectus, grauissima infirmitate vexatus obiit,

obiit, relicto Alfonso filio successore (Ferdinandus enim primogenitus ante patrem fati concesserat) & filiabus Leonora, quæ nupsit Frederico Cæsari, Maximiliani postea Imperatoris matre, & Ioanna, quæ Henrici quarti Castellæ Regis vxor fuit.

Alfonsus itaque sex annorum puer huius nominis quintus, post patris Eduardi fatum Rex est. Verum Regina vidua filij tutelam gerebat, quæ res Petro Alfonso patruo, propter varias, quas cum Regina habebat altercationes, summè displicuit. Huius odij causam & initium in hoc referunt: quod Petrus Iacobi Vrgelli Comitis focii sui (qui cum Ferdinando Castellano Regina Leonoræ patre pro Regno Aragoniæ concurrerat) causam amplexus, eiusdem partes secutus fuerat (nec impedire potuerat quo minus Iacobus, cui Ferdinandus nouem virtute probatissimorum virorum, quibus eligendi Regem potestas ab Aragonibus, Valentinis, & Barcinonensibus commissa erat, sententijs prælatus fuerat) Ferdinando rebellis factus, captus & omnibus bonis mulctatus, custodibus adhibitis, in Castellam mitteretur: vnde mox in Xatinæ Castellum, perpetuo carcere damnatus, detrusus est: vbi infelix infueti carceris impatiens breui tempore vitam finiuit. Tantum igitur amici Principis infortunium Petri animum non à Ferdinando tantum, sed ab eius quoque filia auertisse volunt. Alij hanc odij causam inter Reginam & Portugallia. Petrum



Petrum referunt. Quod Petrus fratrum Alfonsi pueri patruorum maior esset, ad quem tutela Regis Regni-
que gubernacula spectarent, potius quam ad Regi-
nam, quæ tam amplo Regno regundo non sufficeret.
Præterea quod eos in consilium adhibebat, qui Infanti
Petro inimicissimi erant, partesque semper aduersas
sequebantur. Pro Petro stabant omnes ferè totius Re-
gni Magnates, à quibus ob raras animi dotes mirè co-
lebatur. Hi Petro pueri Regis curam Regni-que admi-
nistrationem etiam inuito deferebant, Regina matre
omni publicarum rerum cognitione & regimine pri-
uata. Petrus igitur Regni administrator factus, cuncta
ex summa æquitate, & iustitia, pace, & quiete, cum
omnium laude regebat, donec Rex per atatem Regno
maturus, Principatum assumeret. Debuerat certè Pe-
trus pro opera fideliter nauata, meritis suis condigno
præmio non caruisse, præsertim apud eum Regem,
quem gemino vinculo sibi deuinctissimum haberet,
& nepotem & generum. Eum tamen falsis calumnia-
rum criminationibus oppressum imprudens Rex, non
sine nota ingritudinis, aula, simul & Regno expulit:
immò eundem postea cum fidelissimorum comitatu,
vt innocentiam suam probaret, ad se venientem cum
omnibus, qui ei aderant, crudelissimè occidit. Erat
alioquin hic Alfonsus magni animi Princeps, bello
magis quam paci deditus. Vndè in Africam cum suis
traiciens, tantam ibidem victoriam est consecutus,
tot vrbes expugnauit, totque Maurorum millia bello
cecidit,

cecidit, vt Africani nomen primus omnium Regum
obtinuerit: quorum merito ferè omnium maximus
dici poterat, nisi inauspicatum coniugium, ob bella,
quæ inde secuta sunt, postrema Regni eius tempora
perturbasset. Cōtraxerat illud cum Isabella nepte sua,
quæ Henrici quarti Castellæ Regis ex Ioanna sorore
sua, vulgò filia credebatur, quam proinde æquum es-
set in Castellam Henrico patri succedere. Interea
Henrici soror Isabella, suasu quorundam Principum,
clam, vt aiunt, fratre, à Ferdinando Ioannis Aragoniæ
Regis filio, in vxorem ducitur: ipsa quoque non des-
perans fratri succedere. Nam rumor erat Isabellam
Lusitani vxorem, quæ filia Henrici putabatur, à matre
fuisse suppositam: quum satis constaret Henricum ge-
nitalibus esse debilem, neque per naturam patrem
feri potuisse. Hinc motus, hinc bella, Alfonsus enim,
vt qui se Henrici Regis Castellæ filiam vxorem habere
protestaretur, Ferdinando pro Regno Castellæ bellum
mouit, quod hinc & inde multorum malorum causa
extitit. Sed Alfonsus à Ferdinando superatus, tantū do-
lorè concepit, vt ex animi egritudine vitam cum mor-
te mutarit, anno Regni quadragesimo tertio. Vndè

Ioannes cognomine secundus, Alfonsi filius Rex
est. Huius filius Alfonsus magnum fortunæ instabili-
tatis rerumque mundanarum mutationis exemplum
fuit. Cum enim Isabellam Catholicorum Regum
Ferdinandi & Isabellæ filiam vxorem duxisset (quæ
Portugallia. 64 nuptiæ



nuptiæ omnis generis spectaculis diuersisque vario-
rum apparatusum ludis celebratæ sunt) lapsu curren-
tis equi ad Tagi ripas infoeliciter est extinctus. Fuit
+ Ioannes animo intrepidus, sed paulo seuerior. Sæpe
) dicere solebat (quod & regnandi quoque ratione
) secutus est) eum regijs titulis & nomine prorsus
) indignum esse, qui Rempub. ex aliorum voluntate
) & iudicio administraret. Vnde Anglus quidam
) Princeps, qui diu in Ioannis aula negotiorum causa
) moratus fuerat, domum reuersus, à Rege suo interro-
) gatus, quid noui & præclari in Portugallia aula vi-
) disset: Hominem, inquit, dominantem, cui nemo
mortalium imperet. Huic potissimum Ioanni primæ
nauigationis ad Indos gloria debetur, qui maximis
expensis, primus omnium Europæorum Regum, clas-
sem ad Æthiopas misit, omnibusque Africæ littori-
bus superatis, atque adeo ipso bonæ spei promontorio,
omnium totius Orbis maximo, Orientalem Asiæ par-
tem continuis nauigationibus detexit, per nouos &
incognitos maris tractus, ad inaccessos antea populos
penetrans, inito cum Æthiopum Rege fœdere. Ve-
rùm cum maiorem classem parat, quam vltèrius ad
nouos populos detegendos nouasque Gentes, instru-
ctissimis Lusitanorum armis domandas, progredi
mandarat, morbi incommodis fractus, post paucos
dies excessit è viuis, materiam immortalis gloriæ alijs
relinquens. Princeps fuit magnanimus, sed nobilita-
tem dicitur habuisse parum propitiam. Rexit annos
quatuor

quatuor & decem. Huius etiam ad multos annos post
mortem corpus integrum fuisse affirmant, qui viderunt
in Monasterio Victorienfi, quod vulgò Batalha
dicitur. Excessit sine liberis, vnde

Emmanuel Eduardi Regis ex filio Ferdinando ne-
pos, regia prole genitus, Regi Ioanni secundo arctissi-
mo cognationis vinculo coniunctus, Portugallie Rex
creatur. Vxorem duxit Isabellam Regum Catholicorum
filiam, viduatam per Alfonsi Ioannis secundi filij
mortem, cuius causa Rex quoque Castellæ fuit desi-
gnatus: quæ cum Cæsaraugustæ Michaellem filium
peperisset, postea magno dolore partus obiit. Eius
item filius Michael Granatæ in viuis esse desijt. Vnde
Hispaniæ Monarchia ad Philippum Magnum, Belgarum
Principem, per Ioannam vxorem, quæ & ipsa Catho-
licorum Regum filia erat, deuenit. Cæterum Catholici
Reges, ad retinendam Emmanuelis affinitatem, ei Ma-
riam alteram filiam in matrimonium dederunt. Hæc
Ioannem peperit, post patrem Portugallie Regem,
cuius nominis tertium, & inter alios in lucem edidit
Henricum Cardinalem, qui post Sebastianum regna-
uit senex. Filias item duas Isabellam, quæ Carolo quin-
to Imperatori nupsit, Philippi secundi matrem: item
Beatricem Sabaudie Ducis postmodum vxorem. Du-
xit quoque Emmanuel tertijs nuptijs Heleonoram,
Philippi primi filiam, quam viduam reliquit moriens.
Fuit Emmanuel Princeps sanè inter ceteros sui sæculi
mi Portugallia. b s feli-



THEATRUM

felicissimus: nam præter suam & omnium aliorum opinionem regale Portugalliæ diadema adeptus est, cum multi & sanguine & ætate proximiores eum præcederent, quos mors abstulerat. Castellæ quoque Rex designatus, à Castellanis mirè colebatur, quorum Præmices in amoris & benevolentia tesseram ad Emmanuelis aulam sese conferebant, & ad tempus morabantur. Orientem, à Ioanne secundo in Europæorum cognitionem adductum, ipse totum aperuit, plurimæque, quæ de illis partibus, ut fabulæ narrabantur, & sub omnium dubia fide versabantur, vera esse docuit. Magnam Æthiopiæ, Persidis, & Indiæ partem suo Imperio subiecit. Malacam quoque urbem maximam & Insulas Mollucas deuicit, aliasque in Oceano sparsas, è quibus inexhaustos diuitiarum thesauros in Europam asportauit, his potentiam suam Asiæ & Africæ Regibus formidabilem reddens. Babyloniorum siue Ægyptiorum classem, ad Legatos suos opprimendos aduentantem, in Oceano disiecit: Africæ Reges ad annum tributum persoluendum coëgit. Azamoram Mauritanie urbem vi expugnauit, & alias, quarum nonnullas militibus deripiendas concessit, alias funditus euerit: Nec solum bellis ubique gerendis incumberebat, verum pietati, & Catholicæ Religionis augmento studebat, vnde multi Iudæi, qui sedes in Portugallia fixerant, eius exemplo moti, sacri Baptismatis fontem renati, fidem Christianam amplectebantur. Mauros omnes, qui post Hispaniæ recuperationem

in

in Portugallia manserant, nec fidem nostram sequi volebant, Regno suo expulit. Tempa & Ecclesias in Portugallia, Africa, Æthiopia, & India ædificauit quamplurimas, & dotauit: Catholicam Fidem hoc modo miris ubique proferens incrementis. Tantæ item Religionis, pietatis & clementiæ fuit, ut dum viveret, aurea ætas à Lusitanis diceretur. Tandem anno Regni vigesimo sexto sanctissime, ut vixerat, obiit, Ioannem filium Regem relinquens.

Ioannes igitur tertius Emmanuelis filius post patris mortem Rex factus, in omnibus se patri parem ostendit: bella enim foris per Legatos Barbaris mouit, domi pietatem coluit, quietis & tranquillitatis Regni studiosissimus, Religionis Monasticæ instaurator, studiorum & bonarum artium fautor benignissimus, Patres Societatis IESV, qui tum suæ congregationis, cum certo futuræ pietatis signo, principium dabant, in Regnum vocatos admisit, impensè fouit, collegia ipsi & scholas insignes extruxit. Academiam Vlixbona Conimbricam transtulit, ibidem ante annos multos à Dionysio Rege ordinatam. Denique post præclara opera, & domi, & foris edita, vitam cum morte mutauit, anno Regni trigesimo sexto. Post cuius fatum, Regina vidua Catharina rerum curam suscepit, Sebastiano posthumo, suo per Ioannem filium præmortuum nepote, ex Ioanna Caroli Quinti Cæsaris filia genito, Regno nondum maturo. Verum eadem, quod pietati

addicta



THEATRVM

addicta foret, publicaꝛue Regni negotia virilem administrationem requirerent, in eo Magnatum & Principum Regni consilium secuta, Henrico Cardinali Ioannis Mariti sui fratri rerum summam commendauit. Qui Regnum postea cum omni fidelitatis cura præseruatum integrum nepoti restituit.

Sebastianus ergo anno ætatis quarto decimo Portugalliam administrare cœpit: ac statim in Regni sui exordio magnum bellicæ virtutis specimen de se præbebat, secus quam Auus fecerat. Ille enim suos ad studia & bonas litteras, dum viueret, exhortabatur continuo, hic ad arma & exercitia militaria suorum animos accendebat: ita ut ij, qui militiæ nomen darent, Regi chariores essent, quam qui studijs vacarent. Quod & paulo post, dum in Africam ad bellum proficisceretur, egregie demonstrauit, sed exitu infelici. Belli Africanij hæc potissimum causa extitit. Erat in Africa Rex quidam Maurus nomine Malucus, qui Fessanum & Marochitanum Regna, fratre maiore expulso, occupauerat. Vnde Emonucus fratris tyrannidem fugiens, clam fuga in latebras se subdlexerat: verum similis vitæ tædio adactus, fortunam in alijs Orbis partibus tentare decreuit. Qua de causa Constantinopolim se contulit: ac ibidem de morte fraterna certior factus, Algeriam Africæ urbem repetit: vbi Serissum fratris sui filium nothum Regna impiè occupasse intelligit. Quare Emonucus rebus suis diffidens, & nepoti,

poti, Constantinopolim ad Selymum Turcarum Imperatorem de eodem conquesturus, auxiliumque petiturus properat. Aduenerant eò Legati à Nepote missi, nouam Imperij inaugurationem Selymo congratulari. Cum his Selymus de Regnorum restitutione egit, additis minis, ni Rex Africanus partem saltem occupati Regni patruo cederet. Quod & factum est: Emonucus enim Regnum Fessanum à nepote accepit. Verum triennio vix elapso, Emonucus fortior factus, pactis diutiùs stare recusat, ac nepotem, cætera Regna recuperaturus, armis aggreditur, eiusque ditionem (Alfa Algeriæ Prorege id permitte, & Emonucum milite adiuuante) infesto agmine omnium opinione citiùs populabundus incurrit. Seriffus tam repentino assultu attonitus, extremo pauore tenebatur, patruumque timens, qui ingentes Turcarum copias in castris habebat, cum & ipse delectus nondum habuisset, ad Sebastianum Portugalliæ Regem confugit. A quo, aduentus sui causa cum lachrymis exposita, perbenignè accipitur, ita ut auxiliij contra patruum impetrandi spem conciperet. Erat Sebastianus viginti duorum annorum iuuenis, nil potiùs quam bellum exoptans. Quapropter hanc Barbaros debellandi occasionem peropportunam ratus, sui que nominis immortalem gloriam posteris remittendi, quingentarum nauium classe, cum triginta sex peditum millibus, Equitum verò quatuor, eodem comitante Seriffo in Mauritiam



niam traiecit, atque ibidem militibus suis expositis (relictis ijs, qui classi præessent) ad interiora Mauritaniae progressus ab exploratoribus cognoscit Emonucum, cum validis copijs adesse (ducebat enim in exercitu equitum millia viginti duo, peditum duodecim) nec longè inde castris opportunè collocatis confedisse. Quibus hinc inde relatis, prælio sese parant. In quo tantis viribus concurritur, vt multi vtriusque caderent, inter quos ipse Rex Emonucus belli causa, demum Sebastianus, & ipse quoque Seriffus cum miseranda Lusitanorum strage. Multi ea pugna primæ nobilitatis viri occubuerunt, multi in hostium potestatem deuenerunt. Hic finis fuit Sebastiani Regis, qui bello periit, quod cum honore euitare poterat. Corpus eius inter cadauera septem vulneribus confossum à Sebastiano Resendio, ipsi Regi quondam familiari, inuentum, & à Melchiore Amatalio eiusdem Regis Consiliario, & multis alijs cognitum, terræ honorificè mandatur, quod postea (repetente Rege Philippo) in Portugalliam aduectum in Ecclesia, quæ Bethleem dicitur, cum debita pompa sepultum fuit. Erat Sebastianus mediocri statura, colore candido, sufflavo capillo, oculis subnigris, vegetisque, aspectu grauis, regiam prorsus Maiestatem præ se ferens, ad iram pronus, cuique nihil tam arduum videbatur, tamque difficile, quod intentatum relinqueret. Vnde manifestis periculis ex nimia, quam de se habebat confidentia, ieiunde causa sese obijciebat. Cuius corporis formam, indo-

indolemque naturæ paucis his delineare volui, quod Pseudosebastianus ille, qui Venetijs ante annos 16. se Regem Portugalliæ fingens, captus fuit & corpore & natura huic omninò dissimilis fuisse comperiat. Dignissimus certè qui falsitatis suæ meritas poenas daret. Post mortem Sebastiani, Portugallia ad

Henricum Cardinalem iure deuenit, qui Emanuelis filius erat, Ioannis tertij Sebastiani Regis aui frater, qui Portugalliam nepotis nomine admini- tra- uerat. Verùm cum senio grauaretur, diu Regno præse- se nō potuit, quod breui cum vita reliquit. Post cuius mortem cum graues orientur variorum competi- torum dissensiones, tandem

Philippus Hispaniarum Rex, quod ratione ma- tris Isabelle, quæ Emanuelis filia erat, proximus he- res esset, Portugalliam iure obtinuit: qui eā cæteris Hispaniæ Regnis vnitam inuictissimo filio

Philippo 3. tandem Philippo 4. Regi, & Dño meo, hæreditariā reliquit. Cuius Imperiū vltra Garaman- tas & Indos prolatum DEVS Opt. Max. firmissimè fundet, feliciterque conseruet, gentibus venerabile, Turcis formidabile, subditis & Ecclesiæ salutare.

Audi vota DEVS.

Errata in prima parte.

folio 2 versu 4 lege ceteriore f. 41 v. 17 iuuaretur f. 43 v. 25 Iuliani f. 44 v. 10. pecudes f. 58 v. 17 Concilio f. 73 v. 4 prouide f. 83 v. 13 Deliberatam f. 86 v. 16 petinere f. 93 v. 13 destinaret 104 v. 24 exercitui 105 v. 20 nonnullis 111 v. 3. hoc 112 v. 1 Xenodochia 117 v. 24 viciorum f. 120 v. 26 iē f. 121 v. 38 tres 123 v. 6 Garamanix eodem v. 20 Cre- monensis 126 v. 14 Limitensis f. 127 v. 4 oppidanis eodem v. 24 Mellaniam 129 v. 12 Ymagustanum 130 v. 9 frustra 131 v. 11 incitus 137 v. 5 tormenta, eodem v. 23 pro- montorium 139 v. 20 tormentorum 141 v. 13 deprimeretur 143 v. 19 animaduerteret, Aragonia, folio 5 v. 11 vocari f. 18 v. 4, Manfredi eodem v. 8 Conradini, Navarra, folio 8 v. 22 Roberti, Portugallia, folio 1 v. 1 altera eod. v. 7 confinium 2 v. 24 suo 10 v. 13 pepererat, 11 v. 26 Ioanē 15 v. 10 has 17 v. 22 Xatuaz 24 v. 25 Seriffum 35 v. 21 peropportuna 26 v. 28 leui.

Portugallia.

66

INDEX

+
cuius filiam Ioan-
nam duxerat.



I N D E X
RERVM MEMORABILIVM,
QVÆ HOC LIBRO
C O N T I N E N T V R.

<p>A.</p> <p>Alexandrum non capit Macedonia. 1</p> <p>Alfonsus sextus, Hispania Rex. 2</p> <p>recuperat Portugalliam. 3</p> <p>Vititur opera Henrici Bisuntini. <i>ibid.</i></p> <p>Dat Henrico Bisuntino filiam. <i>ibid.</i></p> <p>Item Portugallia partem <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus Henrici Bisuntini filius Lusitania Comes. 4</p> <p>Fit Dux Lusitania. <i>ibid.</i></p> <p>Rex salutatur. <i>ibid.</i></p> <p>Superat quinque Reges. <i>ibid.</i></p>	<p>Dat Lusitania insignia. <i>ibid.</i></p> <p>Recuperat Vlixbonam. <i>ibid.</i></p> <p>Neminem leuiter vulnerat. <i>ibid.</i></p> <p>Princeps pius. <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus secundus Portugallia Rex. 5</p> <p>Parat fratribus bellum. <i>ibid.</i></p> <p>Minis Pontificis terretur. <i>ibid.</i></p> <p>Conuertit arma in Mauros. <i>ibid.</i></p> <p>Recuperat Vlixbonam. <i>ibid.</i></p> <p>Vititur auxilio Hollandorum. <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus tertius Portugallia Rex. 6</p> <p>Por-</p>
---	---

RERVM MEMORABILIVM.

<p>Portugallia administrator. <i>ibid.</i></p> <p><i>ibid.</i></p> <p>Repudiat uxorem. <i>ibid.</i></p> <p>Ducit aliam. <i>ibid.</i></p> <p>Obtinet Algerbium in dotem. <i>ibid.</i></p> <p>Recuperat Algerbium. <i>ibid.</i></p> <p>Impetrat Portugalliam liberam. <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus quartus Portugallia Rex. 8</p> <p>Ferox dicitur. <i>ibid.</i></p> <p>Habet cum Castellano bellum. <i>ibid.</i></p> <p>Interest praelio contra Regem Marochitanum. <i>ibid.</i></p> <p>Notatur crudelitate. 9</p> <p>Interficat filij uxorem. <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus quintus Portugallia Rex. 17</p> <p>Eius mater administrat regnum. <i>ibid.</i></p> <p>Patruus eius cum Regina altercatio. <i>ibid.</i></p> <p>Cura regni mandatur patruo. 18</p> <p>Eius mater priuatur regimine. <i>ibid.</i></p> <p>Expellit patruum regno Portugallia.</p>	<p><i>ibid.</i></p> <p>Patruum occidit. <i>ibid.</i></p> <p>Magni animi Princeps. <i>ibid.</i></p> <p>Gerit in Mauritania bellum. <i>ibid.</i></p> <p>Africanus dicitur. 19</p> <p>Coniugio infelix. <i>ibid.</i></p> <p>Habet bellum cum Rege Castelle. <i>ibid.</i></p> <p>Superatur, moritur. <i>ibid.</i></p> <p>Alfonsus Ioannis secundi Portugallia Regis filius. 19</p> <p>Fortuna inconstantis exemplum. <i>ibid.</i></p> <p>Ducit Isabellam Castellanam. <i>ibid.</i></p> <p>Cadit ex equo, & moritur. 20</p> <p>Anas fluminis Portugallia. 1</p> <p>Azamora expugnatur. 22</p> <p>Azza Algeria pro Rex auxiliatur Emonuco. 25</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p>Carpetani Hispania populi. 1.</p> <p>Catharina Lusitania Regis vidua suscipit curam regni. 23</p> <p style="text-align: right;">Pietati b 6</p>
--	---



INDEX

Pietati addicta deserit re-
gimen. *ibid.*
Comes Anderius cum Regina gu-
bernat Portugalliam. 11
Eius autoritas grauis om-
nibus. *ibid.*
Occiditur à Ioanne Notho.
ibid.

D

Dionysius Portugallia Rex. 7
Tribus virtutibus clarus.
ibid.
Purgat itinera. *ibid.*
Reprimit potentiam nobi-
lium. *ibid.*
Iudex eligitur inter Ca-
stellæ Regem & fratrem.
ibid.
Æquam dat sententiam. 8
Instituit milites CHRISTI.
ibid.
Instituit academiam Conim-
bricensem. *ibid.*
Restaurat multa oppida
ibid.
Vocat Agricolas reipub. ner-
uum. *ibid.*
Militaris disciplina obser-
uantissimus. *ibid.*

E

Eduardus Lusitania Rex. 15
Virtutibus patri similis
ibid.
Equorum domitor. *ibid.*
Eloquentia amator. *ibid.*
Libros conscribit. *ibid.*
Eius sapiens dictum. *ibid.*
Philosophia ei non fuit inuti-
lis. 16
Cunctos in suam sententiam
traherat. *ibid.*
In domo parcus. *ibid.*
Eius de parcimonia elegans
dictum. *ibid.*
Bonus Christianus. *ibid.*
Feste affligitur. *ibid.*
Pro fratre à Mauris capto
solicitude. *ibid.*
Mandat primus filium ap-
pellari Principem. *ibid.*
Emanuel Lusitania Rex. 21
Ducit Isabellam Castellanam
ibid.
Castellæ Rex designatur.
ibid.
Amittit uxorem & filiam.
ibid.
Ducit Mariam. *ibid.*
Ducit

RERVM MEMORABILIVM.

Ducit Heleonoram. *ibid.*
Princeps fortunatus. *ibid.*
Aperit totum Orientem. *ibid.*
Deuincit Insulas Moluccas. *ib.*
Reddit se formidabilem Regi-
bus barbaris. *ibid.*
Sternit Ægyptiorum classem.
ibid.
Facit Reges Africa tributa-
rios. *ibid.*
Expugnat Azamoram. *ibid.*
Fidem Christianam propa-
gat. *ibid.*
Expellit Mauros è Lusitania.
ibid.
Reducit etatem auream. 22
Emonucus fugatur è regno à
fratre. *ibid.*
Tendit Constantinopolim. *ib.*
Intelligit fratris mortem. *ib.*
Algeriam reuertitur. *ibid.*
Inuenit regnum à nepote occu-
patum. *ibid.*
Constantinopolim reuertitur.
ibid.
Recipit regnum à nepote. *ib.*
Fugat nepotem ex regno. *ib.*
Sebastiano cū copijs occurrit.
ibid.
Pugnat & cadit. 26
F.
Ferdinadus Rex Portugallia. 10
Aufert equiti cuidam ux-
orem. *ibid.*
Portugallia.
Inbiat Castellæ. *ibid.*
Vocatur ab Hispanis in Ca-
stellam. *ibid.*
Castellam inuadit. *ibid.*
Regnandi cupidus. *ibid.*
Non potest Castellæ nocere. *ib.*
Ordo eius ab Anglis turba-
tus. *ibid.*
Infecta re reuertitur. *ibid.*
Moritur. *ibid.*
Eius Vidua administrat re-
gnum. *ibid.*
Impudicitia notatur. *ibid.*
Ferdinandus Ioannis Portugallia
Regis filius sanctitate clarus. 14
A Mauris capitur. *ibid.*
In Mauretania moritur. *ibid.*
Foedus inter Castellæ reges &
Portugallia regnum. 12
G.
Garcias à patre accipit Lusita-
niam. 13
Adimitur illi à fratre. *ibid.*
H.
Henricus Bisuntinus Lusitania
Comes per uxorem. 3
Castellæ Regi gratus. *ibid.*
Fortis in pralio. *ibid.*
Ponitur in catalogo regum
Portugallia ob virtutes. *ib.*
Henricus Ioannis Portugallia
Regis filius inuenit nouas in-
sulas. 15
Henricus Cardinalis Lusitania
præsi-



I N D E X

præficitur. 23 **†** *Eius regium dictum de re-*
Restituit Regnum nepoti Se- *pub.* *ibid.*
bastiano. *ibid.* *Primus nauigat ad Indos ib.*
Fit Rex Portugallia senex. *Mittit suos in Æthiopia ib.*
 27 *Superat promontorium bonæ*
Emmanuelis filius. *ibid.* *spei.* *ibid.*
Moritur. *ibid.* *Init cum Rege Æthiopum*
 I. *foedus.* *ibid.*
Ioannes Petri Portugallia Regis *Habet nobilitatē parum pro-*
filius nobus. 13 *pitiam.* *ibid.*
A fratre carcere tenetur. *ibid.* *Moritur sine liberis.* *ibid.*
Iubetur occidi. *ibid.* *Eius corpus per multos annos*
Præseruatur à carceris præ- *post mortem integrum manet.*
fecto. *ibid.* 21
Petit Palatium. *ibid.* *Ioannes 3. Lusitania Rex.* 23
Occidit Comitem Anderium. *Patri par.* *ibid.*
ibi. *Religionis monastica restau-*
Libertatis vindex proclama- *rator.* *ibid.*
tur. *ibid.* *Studiorum fautor.* *ibid.*
Exercitui præfectus. *ibid.* *Vocat Patres Societatis in*
Defendit Vlixbonam. *ibid.* *regnum, quibus collegia ex-*
Declaratur Rex Portugallia. *truit.* *ibid.*
ibid. *Transfert Academiam Co-*
Creat Regni Comestabilem. *nimbricam.* *ibid.*
Hollandia Comiti insensus. 14 *Isabella Lusitania Regina parit*
Traijcit in Mauretania. *ib.* *Michaelem.* 21
Expugnat Septam. *ib.* *Partus dolore moritur.* *ibid.*
Rex bonæ memoria dicitur, et *Iudæi in Lusitania fidem ample-*
pius & clemens. *ibid.* *ctuntur.* 21
Omnibus charus. *ibid.*
 L.
Ioannes Ioannis Portugallia Re- *Lusitania Hispania regio.* 1
gis filius Antiochia Princeps. *A quo dicta.* *ibid.*
 15 *Diuiditur in partes.* *ibid.*
Ioannes 2. Portugallia Rex. 19 *Hodie Portugallia dicitur.* *ib.*
 Fonti.

RERVM MEMORABILIVM.

Fontibus felix. 2 *los.* *ibid.*
A Mauris occupatur. *ibid.* *Bonos honore prosequitur.* *ib.*
Ijs eripitur. *ibid.* *Eius regium dictum.* *ibid.*
Eius Reges clarissimi. *ibid.* *Fatetur Agnetam fuisse vxo-*
Primi ad Indos penetrant. *ib.* *rem.* 10
Lusitani inuitant Ioannem ad *Duos nobiles iubet interfici.*
regium Portugallia. 13 *ibid.*
Inducunt curias generales. *ib.* *Philippus 2. fit Portugallia Rex.*
 M. 27
Malucus Rex in Africa occupat *Adiungit eam ceteris regnis*
fratris regna. 24 *& posteris transmittit.* *ibid.*
Martinus Melius carcerum præ- *Promontorium bonæ spei om-*
fectus præseruat Ioannem à *nium orbis maximum.* 19
nece. 12 *Pseudosebastianus quis.* 27
Michael Portugallia infans mo- *Vero Sebastiano dissimilis.* *ib.*
ritur. 21 *Dat falsitatis penas.* *ibid.*
 N.
Nonnius Aluares Perera fauet *Sacerdotis cuiusdam, qui ad sup-*
Ioanni in electione. 12 *plicium ducebatur, ad Regem*
Creatur Portugallia Come- *dictum.* 9
stabilis. *ibid.* *Sanctius Rex Portugallia.* 5
 P.
Pars Lusitania ad Ioannem re- *Infert Mauris bellum cum*
uertitur. 14 *Hollandis.* *ibid.*
Petrus Rex Portugallia. 9 *Sanctius 2. Capela dictus Lusitania Rex.* 6
Crudelitate notatur. *ibid.* *Regno indignus.* *ibid.*
Seuerè nimis punit delicta. *ib.* *Eius frater regnum admini-*
Non est exceptor personarum. *ibid.* *strat.* *ibid.*
ibid. *Sebastianus Lusitania rex belli-*
Mandat Sacerdotem duci ad *cosus.* 24
supplicium. *ibid.* *Accingit se ad bellum Africa-*
Eius ad Sacerdotem respon- *num.* 25
sum. *ibid.* *Traijcit in Mauretania.* *ib.*
Vtatur rigore tantum in ma- *Intrat cum exercitu in Mau-*
Portugallia. *retamam.*



INDEX RERVM MEMORAB.

<i>retaniam.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Impetrat auxilium.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Prælio se parat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Traicit in Mauretianam.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Pugnat cum Emonuco.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Bello cadit.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pugnat cum Emonuco.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Eius corpus inuenitur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Cadit in prælio.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Honorificè tumulatur.</i>	26	T.	
<i>Corpus in Portugalliam ad-</i>		<i>Tagus Lusitaniæ fluius.</i>	1
<i>uehitur.</i>	<i>ibid.</i>	V.	
<i>Sepelitur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Varia in Portugallia dissen-</i>	
<i>Eius forma.</i>	<i>ibid.</i>	<i>nes.</i>	27
<i>Regiam Maiestatem præ se</i>		<i>Vettones & Vaccei Hispaniæ</i>	
<i>ferebat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>populi.</i>	1
<i>Princeps magnanimus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vlixbona Lusitaniæ Metro-</i>	
<i>Seriffus occupat regnum Fessa-</i>		<i>liæ.</i>	1
<i>num.</i>	24	<i>Vrbs splendida.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Ex regno fugatur.</i>	25	<i>Olim Salacia dicta.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Tendit ad Sebastianum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Romanorum Colonia.</i>	<i>ibid.</i>

FINIS.



